

RUPERTI ABBAT. TVTIEN. DE VICT. VERBI DEI,
semper fallacia fuerunt & sunt. Verum autem est verbum, quoniam domini est regnum, & ipse
dominabit gentium.

Quas ob causas regnum Macedonum in priore visione per pardum, in posteriore per
hircum fuerit signatum.

CAP. XXIX.

Nunc illud quoq; animaduerte libet (quoniam ad intentionem praesentis operis non
nihil attinet) qd regnum Macedonum in anteriori visione per pardum, in sequente signa-
tur per hircum. Nunquid enim sine causa tam diuersa vnius ciuidemq; regni figura est pre-
monstrata? Nequaquam, sed ob res diuersas visionis species varia est. Spiritus sanctus, spiritus
propheticus sicut praeceps res venturas, ita rerum venturam sciens congrue preeentes accom-
modare figuram. Futuru quippe erat ut regnum Macedonum & ferinam pardi ferocitat, & effe-
minatam hirci habens libidine sua vibraret cornua contra altissimum, ita obscuraret sauitiam
contra verum & vere firmum sepe dicitae promissionis verbum. Ex sacris recitandis est historijs, &
postmodum recitabatur acq; serum, & cypserit libidinosum, serocitate crudeli, & crudelitate feroci,
sanctos altissimi conterendo, libidine infana, inflania libidinosa populis & templis dei contami-
nando, ferocissimum acq; crudelissimum secundum pardi sauitiam, libidinosum, & eserninatum,
secundum hirci semper in libidine proni perlantiam, astutum acq; verufum secundum pardi varie-
tatem, fluxum acq; incontinentis secundum immoderatum sanguinis hircini calorem. Viris istis
tam diuersas ferocitatem acq; libidine regnum illud Macedoniu sive Graecoru contra verbum pro-
missionis laboravit, quod postmodum suo loco plene dicendum erit, & idcirco preeidente visione
per pardum, & subsequentem per hircum illud preamonstrari dignum fuit.

Quas ob causas regnum Persarum & Macedorum, in priore visione per vrsu, in po-
steriore per arietem fuerit significatum.

CAP. XXX.

Nihilominus & de regno Persarum acq; Macedorum quæsitus dignus est cur in visione an-
teriori per similitudinem vrsi, & in subsequenti per formam arietis sit signatus. Ad quod con-
grue responderi potest, quia cause diuersæ, imò contraria regni illius fuere, erga dei populum,
& circa repositum in populo illo saepedictum promissionis verbum. Causas illas tam longe di-
uersas dicere non dubitaverim, qd diuersæ nature sunt horum animantium vrsi & arietis, quorum
alterum rapto & cruro vivit, alterum innocuum nec sanguinem sicut, nec rapto viuit. Prom-
ptum est hoc discerni, si respicias regnum illud secundum Aman, qd crudele fuerit secundum reges,
qd clementer illi populo se impenderet. Aman quippe moribus veraciter vrsus, truci furor, im-
mani rabie ludorum genus vniuersum ore aperto hiatis deuorare voluit. Reges autem, maxi-
mè Assueri more arietis lanis suis, id est, opibus multis, quibus regnum illud abfudauit, eundem
populum fouit & ditaruit, nullumq; dentem malignitatis influxit, sicut aries dente nemine pe-
tit, imò vitam gentis illius multū laetificauit gratia reginæ Hester & Mardonchæ. Sed forte di-
cat quis ipsam personam regis Assueri per vrsum in illa visione oportere intelligi, quia scriptum
est. Et sic dicebant ei, videlicet vrsi. Surge, comedere carnes plurimas. Et hoc signat illud dictum
Assueri regi, Si tibi placet, decerne de populo vt pereat. Ad huc, inquam, non soli regis per-
sonam, sed totum regni corpus signavit vrsus, nec soli regi dictum est, decerne vt populus
pereat, sed toti regno mār. Arvus est per omnes provincias, ad omnes satrapas, & iudices pro-
vinciarum, vt occiderent acq; delerent omnem ludorum populū. Igitur secundum Aman qui-
dem, & secundum omnes qui ludæis nocere voluerunt, vrsus ferocissimus. Secundum regem &
omnes illos qui malignitatis illius spiritum non habuerunt, quasi aries fuit regnum illud.

Quare hircus vnum tantum, aries autem duo cornua habet visionis.

CAPUT XXXI.

Si & illud queras, cur idem hircus vrsus est vnum tantummodo habens cornu inter oculos
suis, aries autem cornua duo, facilis patet responsio, quia corpora quidem animantium sin-
gula regna signant, reges autem corundem regnorum intelliguntur per cornua. Constat au-
tem quia regni Macedonum rex vrus Alexander extitit, & victo Dario, sicut iam dictum est,
solus suo tempore regnum tenuit. Regnum autem Persarum & Macedorum non rex vrus ex-
tulerat capita Babylonica, sed duo Babylonis vñstres, & duo fuere reges eodem tempore v-
nus imperij conforres, videlicet Cyrus & Darius Macedus auunculus eius, Astyagis filius. Bene
igitur hirci quidem vnum, arietis autem duo cornua visa sunt, quia videlicet rex vrus regnum
Macedonum, duo autem reges Persarum & Macedorum robauerunt imperium. Cyrus tem-
pore vel ætate iunior qd Darius, vñstoris & potentia plus crevit, nec nō & opibus & Dario ma-
ior est effectus. Hoc pulchre vñsto memorata innuit, dū premissio. Et ecce aries vrus stabat ante
paludem, habens cornua excelsa, subiungitur, & nunc excelsus altero acq; succrescens. Hoc est,
Cyrus Dario valentior, & vñstori magis quam ille proficiens.

Magnam

Danie. 71.
Hester. 3.

Danie. 8.

FOL. 50.

LIBER IX.
Magnam vñstoriæ verbi dei partim in hoc esse, quod sicut regna mutanda predixerit,
ita & mutauerit.

CAP. XXXII.

Adsumum, nonne in ipsis regnum mutationibus pulchra pars eluet eiulde vñstoriæ
verbi dei, quam laudare suscepimus. Siquidem verum dicere, & falli nō posse, id sine du-
bio vincere est. Et huiusmodi vñstoria maximè ad verbum dei pertinet. Dicebat autem deus
huc, antequam fierent, & defuturis siebat verbum domini ad homines, ita ut dum fierent, sine
dubio constare posset hominibus, quod non calu euenirent, sed ordinante prouidentia dei ra-
tionabiliter procederent, & per iustum iudicium disposita contingere. Vnde quidam ipsorum Amos. 8.
prophetarum cum præmisset, dicens. Si erit malum in ciuitate quod dominus non fecit: con-
tinuo subiunxit, Quia nō faciet dominus deus verbum, nisi reuelauerit dominus secretum suum
ad seruos suos prophetas. Exempli gratia, vt de regnis istis mutandis, & contra le iniucem pu-
gnaturis nō fecit dominus quicquam, nisi prius reuelaret secretum suum. Primum sub imagi-
nibus bestiarum, leænæ, vrsi, pardi, & quartæ terribilis, quæ sine nomine describitur, & deinde
sub similitudinibus arietis & hirci, quas nouissime sermo commemoravit. Cum igitur prius in
verbo domini prophetis reuelatur secretum, & tunc demum sicut reuelata vel prædicta sunt,
ita omnia sunt, simul & verbum dei palmarum obtinet veritatis, & opinio confutatur illorum,
qui putant hunc mundum cauifaliter agi, nec regi prouidentia dei. Contra quos ait per Hiero-
niam prophetam ipsum verbum domini. Quis est iste qui dixit, vt fieret domino nō iubente,
ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala? Recte nimis indignatur contra eiusmo-
di, quia nihil sit, nisi domino iubente. Nil hilis causa subsole. Non agitur mundus ab his del
prouidentia, sed ex ore eius egreditur bona & mala. Mala, dum mundus propter sua merita
iusto iudicio affligitur. Bona, dum prosperitate aliqua consolatione inuenit & lætitatur. Me-
ritò nescitur, qui aliter sentit. Iustè reprobarunt, qui contraria sapit, diciturq; de illo. Quis est iste
quod idem est, ac si dicat deus, Nescio quis sit iste, nolo scire quis sit iste. Discedat à me, nō noui
istum, nolo nosse istum.

OCTAVI LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER NONVS.

Praefatio ad Cunonem, qua conqueritur se frigidum atque negligentem, orationibus in-
uari postulat.

CAP. I.

VINI Th capitis contra verbum vel propositum dei prælia meditanti animo,
iamdudum causa subest, cur illius reminiscatur dicti in Iob. Ab Aquilone au-
rum veniet, & ad deum formidolosa laudatio. Tibi Cuno amantissimum pater causa
hæc intimanda est, ex quo laudationem domini, quam loquebatur os meum,
coepisti amplecti quasi aurum, fateor, sensi magis quæstus autem senferam, me esse
ad Aquilonem, id est, non habere me sicut oportuisset feruideram diuinam amoris virtutem, viu-
dam & ardente de propria salute sollicitudinē. Fatorib; tibi mihi inuenisse experimentū, etiam
illus dicti. Poferuerunt me custodem in vineis, vñcta mean non custodiui. Nunc maximè dum
singula draconis capita preloqueror, & singulorum culpas sceleraque sanguinea describere gestio,
videtur mihi, quod contra me verius in iram, suum excoigitare furem, & de me quasi accusa-
tore suo desideratam querat vñtionem. Ita tentationum niuibus & grandine curarum me ope-
rit, & negligentie gelu constringit, vt cum scriptis mea in ore tuo libenter legas, & sic ample-
ctaris velut aurum laudationis, etiam veraciter dicere poteris, Aurum hoc ab aquilone venit.
Restat igitur, & mihi expediri, vt laudatio hæc mihi formidolosa sit, id est, hoc ipsum formidē
quod scriptito laudatione domini, presumptio & vanæ gloriæ reputetur, non mercedi, quia
studium quod erat sanctorum, non sanctus impudenter arripi. Tuis & omnium te diligentiū
orationibus opto iuuari, ne remaneant in terra Aquilonis, vnde aurū venit, sed cum ipso au-
ro in regionem profici si merear Austri clarissimi, sole meridianofulgentis.

Responsio iucunda Cunoni facta, qui rogavat, Ut prefationem secundi libri Machabœ-
rum explicatam huic operi insereret.

CAP. II.

De isto capite quinto, & de his qui represulerunt illud, scilicet Machabœi fratribus, oce-
casio veniit scle obulit, vt diceres ad me. Scribe mihi librum de vñstoriæ verbi dei. (si
cuit in prologo commemorauit) quem huic operi secū loquendo prescripsi. Nunc adhuc insistis,

I q; rogitans,

rogitans, imo per vim dilectionis imperitans, ut prologum secundi libri Machabaeorum longum, & vt dicas tu, mihiq; videtur, penè difficilem. Aliquatenus studiū adhibendo explicem, quasi ego cunctam possum, aut debitor sim tuam exactiōnem perfoluere. Dicis etiam ludibrium, quod iamdudum hoc ipsum somniaueris, & somniando mihi supplicaueris pariter ac iusseris, quatenus hanc partem, scilicet elucidationem prologi, huic infererem & aparem conuenienter operi, & quod primum recusasse fortiter, & deinde spondisse obtineranter visus fuisse. Et ego tibi audeo dicere, sollicitus tamē ne cuiuspiam rīoris oculus hoc videat, & nos benevolē hoc accipiat, quia videbar mihi quandam luctum cum diabolo diutinam habere, tandemq; dicere illi despiciens me. Cum placuerit alissimo, ponat sedem suam in me, & loqueretur iudicia super te. Si non vanum fuit quod videbatur, & si nunc re adimpletur, dum singula draconis capita studio sermone percutimus, adiuabit ipsum verbum, ut tuum quoq; loquacem obtemperante prosperetur.

Quintum caput draconis fuisse regnum Græcorum.

C. AP. III.

Quid primum de isto capite dicendū est, iam continuū gestiebat animus aggredi, Corniculum illud vnum de multis cornibus hirci, per quem regnum Græcorum signabatur, ut iam prælibatum est in fine libri præcedentis, quod videlicet corniculum magnificatum est usq; ad fortitudinem eoc, & deicit de fortitudine, & de stellis, & robur datum est illi contra iuge sacrificiū proprie peccata, & deicit locum sanctificationis, videlicet Antiochus, qui appellatur Epiphanes, id est nobilis, sub quo septē Machabæi fratres parvuli cum matre passi sunt. Iam in rem istam properus sermo tendebat, quia nimis pars magna est prælis, quo præliatus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas contra spedētum beatorum mulieris conceptionis, id est, contra suscepitum in sive antiquæ ecclesiæ ex tempore Abrahæ verbum promissionis, sed mente adhuc superioris tenet illa vox ad Danieliem angelis dicentes. Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, & nolī meruere, quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad affigendum te in conspectu dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & uno diebus. Et ecce Michael vnuus de principiis primus venit in adiutoriū meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Et rursum ait, Nunquid scis quare venerim ad te, & nunc reuertar ut prælier adiutorius principem Persarum? Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Vox, inquam, si uimodī mente audirem, tantquam tuba vehemens, ad se conuertit, & miraculo suo commonefacit, non præterire nos, quod non solum homines, verum etiam angelicæ fortitudines mortæ fuerint, & principes fuerint in prælio, quod declamare suscepimus, scribentes hoc opus de victoria verbi dei.

Principes Persarum & Græcorum malos angelos debere intelligi, resistentes principibus bonis, id est, angelis.

C. AP. III.

Prinicipes istos Persarum & Græcorum, quales sint, vnuus de doctoribus eximijs beatus Hieronymus breuiter innuit. Iste sunt (inquit) principes, de quibus & Paulus apostolus loquitur. Sapientiam loquimur inter perfectos, quam nullus principium huius seculi cognovit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent. Profecto & huiusmodi autoritas deceler, prudent tamē auditor, principes malos, angelos malos intelligere non dubitare, contra quos bonis principibus præfandum erat, qui contradicunt precibus sanctorum hominum, & legationi sanctorum angelorum. Siquidem mundi principes diabolos à domino discesserunt, & mundus (aut Apostolica veritas) in maligno positus est. Cum de toto cōstet, de partibus quæ dubitetur, si totius mundi principes diabolos, nonne consequenter partium mundi, scilicet Persarum atq; Græcorum principes, malo potestates, maiori principi diabolo subministrantes, recte intelliguntur? Non enim Persi & Græci dei cultores erant, sed portius creaturæ quam creatori seruiebant, non deum, sed pro deo dæmonia colebant. Persi sole, quem & Apollinem dicebant, Græci sub nomine vel obtentu sapientia sua Mineruam, aliaeq; gentes alia dæmonum portenta, gens vnaquæque suum præceter singulariter. omnis autem vniuersaliter sub nomine Iouis principem dæmonum, principem mundi diabolum colebant. Et eiusmodi principibus, tam malis spiritibus, coram simulachris suis se prosternebant, utrīq; quorum dīs fuerunt, multo magis principes recte dicti sunt eorum.

Principem populi dei Michaelē esse, bonos principes omnes inter se consentire, malos vero neque cum bonis, neque inter se conuenire.

C. AP. V.

Porro Danielis & torius populi deum verum colentes, princeps erat Michael, princeps sanctus, angelus bonus, archangelus magnus. Nam idem angelus dicit. Et nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester. Et rursum ait, In tempore autem illo conserget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Sub tam diuersis, imo contrariis principibus

principiis positi homines & reges gentium, in diuersum atq; contrarium tendebant. & principes eorum mali, principes malorum, boni principiis bonorum & deum colentis sine duob; resistebant. Quoniam hic loquitur vnuus de bonis principiis, Princeps regni Persarum re-sistit mihi viginti & uno diebus. Et boni quidem principes semper sibi consentiūt, mali autem & semper boni, quod possunt resistunt, & libimes semper dissentunt, & semper inter eos iuria sunt, quia superbi sunt, similiter qui sub ipsis sunt homines mali, semper à bonis dissentient, & nihilominus contra semetiplos diuisi sunt, regnum aduersus regnum, ciuitas contra ciuitatem, domus contra domum, vir in virum. & quamvis aliqui sint interdui confangunitate iumenti, actamen nulla fides regni socij, omnisci potestas impatiens consortis erit.

C. AP. VI.

Vnde quale prælium sit inter bonos & malos principes. Principibus malis aduersus bonos, vndevis preliandi.

Ndē autem principiis malis contra principes bonos vis vila preliandi? Vnde virtus reliftend? Vnde facultas contradicend? Ex causis, ex hominum sue populorum peccatis. Præliantur quippe in campo iustitiae, conflictu iudicij. Mali pugnant accusando, boni pugnant defendendo, iudice deo. In quantum magna & vera accusatio, intantum tarda & inuidia est defensio. Exempli gratia, Magna & vera fui accusatoris accusatio, contra decem tribus Israel, que appellabantur Samaria, diuisa à domo David, & à tribu Iuda. Magna (inqua) accusatio principis Assyriorum, quicunq; fuerit ille angelus malus, quod nunquā recesserit à peccatis Hieroboam, qui peccare facit Israel, & incorrigibilis fuerunt, toties auditio per prophetas verbo domini, factis apud se per Heliam & Hellæum, tot signis, tot prodigijs. Et magna quidem, sed non tam magna erat accusatio principis Persarum contra Iudeos, qui capitulū tenebatur sub rege Persarum, quia peccauit quidem & tribus Iuda in Hierusalem, sicut decem tribus in Samaria, sed non tam pernicianter. Nam aliqui ex regibus Iuda pœnitentia egerunt, vt Manasses, aliqui etiam iusti fuerunt, & populum correxerunt, vt Ezechias & Iosias. De regibus autem decem tribuum nullus (vt iam dictum est) recessit à peccatis Hieroboam. Magna igitur accusatio principis Assyriorum, & tam magna, vt nullus eos defendere poterit, quia iusti tenetē essent perpetua captiuitate captiui. A accusatio autem principis Persarum magna quidem, sed non tam magna fuit, vt deberet esse sub rege Persarum insolubilis Iudeorum captiuitas, quia non fuerat eorum, vel regum ipsorum insolubilis culpa, id est, sine regum aliquorum & populi publica vel communi pœnitentia. Proinde restitit quidem mili, inquit, princeps regni Persarum, subauditur, sed non vsquequaque resistere mili poterit, quia videlicet causa nostra modusq; peccati & principi nostro Michaeli, qui solus adiutor meus est in omnibus his, locum facit iusti defendendi, quod non debeat is perpetua captiuitate teneri, quia non in perpetuum à domino recesserit, immo pœnitentia satisfactionem non nunquam obtulisti, & nunc offertis.

C. AP. VII.

Quomodo princeps Persarum restitit XXI. diebus?

Quæ porro est ratio numeri huius. Princeps Persarum restitit mihi viginti & uno diebus? Videlicet, quia rot diebus expectatum & desideratum fuerat à Daniele responsum diuinum, tanto desiderio, vt propter idem meruerit vir desideriorum. Tot (inquam) diebus expectatum fuerat responsum. Nam in diebus illis ego Daniel (inquit) lugebā triūm hebdomadarum diebus, panem desiderabilem non comedī, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed necq; vnguento vñctus sum, donec complerentur triūm hebdomadarum dies. Triūm hebdomadarum dies, viginti sunt & vñus. Itaq; tanquam de mora Daniel conqueretur, & caritatis argueret angelum, vt rōneam prælēt excusationem, cur non venerit à prima die luctus & feuij. Ex die primo (inquit) quo posuisti cor tuum ad affigendum te in conspectu dei tui, exaudiuntur sunt verba tua, subauditur, pro tua persona, quia cor tui deo iustitia inuenta est in te, non tamē de primo veni propter sermones tuos, & ita causa fuit tarditatis, quia princeps regni Persarum restitit mili, videlicet contradicēs, & afferens iniustā esse captiuitatis solutionem, & sic illo resistente, tecū in oratione & afflictione perfeuerante, transferuntur viginti & vñus dies. & nunc veni tandem docere, quia ventura sunt secundum iudicis dei misericordiam & veritatem, sic incipiente multa & admirabilia, tanquam historiam recitans, de futuris denunciat Danieli, quorum hīc finis est. Qui autem docti fuerint, fulgebunt qualis plenior firmamentum, & qui ad iustitiam eruditur multos, quali stellarū in perpetuas æternitates.

C. AP. VIII.

Terribile atque lamentabile hinc nobis datur documentum, vt sciamus causam esse apud dei iudicium, quoties in aliqua tribulatione, seu publica, seu priuata non ciro exaudimur clamantes ad dominum. Scire namq; debemus, sanctos angelos inter deum & dei seruos admittentes esse, nosq; in conspectu eorum pfallere & orare, semperq; illos paratos esse ad offerendas deo orationes ecclesiæ. Scire etiam debemus, angelos econtra malos venire, & contradicere illis, atq; resistere, & cum sint iniusti, nostræ contra nos declamare causas iniustis, quod

Iij videlicet

RUPERTI ABBAT. TUTTIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Esaia, 8 videlicet exaudiri non debeamus; eo quod neque plena sive oremus, neque propositas nobis exauditionis conditio obseruemos, que sunt eiusmodi. Solue cogitationes impieatis, solue fasciculos deprimentes, dimite eos, qui contracti sunt, liberos, & omne opus disrumpere. Frange elutienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam. Cum videris nudus, operi eum, & carnem tuam ne despiceris. Tunc inuocabis, & dominus exaudiet, clamabis, & dicet, Ecce adsum. Cum igitur inuocamus, & dominus non exaudiet, dum clamamus, & non dicemus, Ecce alsum, Scire debemus, sanctis angelis inuocationes atque clamores nostros deo offensibus resisteremus & contradicemus malos, habentes in manibus accusationem, iacula que sunt peccata nostra, non redempta iam dictis misericordiae operibus, quae dominus in conditione posuit, si iuste exaudiri desideramus. Sed iam cepera profequamus.

Quomodo sit intelligendum, quod dictum est: Ecce Michael unus de principibus primus venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. C.A.P. IX.

Danie. 10. **E**cce (inquit) Michael unus de principibus primus venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Ac deinceps, Et nunc reuertar, ut prælier aduersus principem Persarum. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens. Notanda est hec litera, quia remansi dicit, non iuxta principem Persarum, sed iuxta regem Persarum. Rex namque Persarum homo erat Darius vel Cyrus, cum quo vel iuxta quem, quod melius dicitur, bonum angelum remanere oportebat, quia captiuorum causa hoc exigebat. Princeps autem Persarum angelus malus erat, iuxta quem non remanere, sed aduersus quem prælari bonum angelum decebat. Quid commodi, quid boni fructus inde prouenerit, ex eo quod iuxta regem Persarum bonus iste angelus remansit, & aduersus principem Persarum præliatus est, non opus est querere, quia notum & iam superiori tractatum est, qualiter rex Persarum instiitutu dei ludorum captiuitatem soluit, & de reædificando magni dei templo decretum edixit, & deinde qualiter alius rex Persarum Assuerus retentus fuit, ne pessimum Aman Agagite hostis Iudeorum consilium perficeret, immo malitiae eius machinationes in caput eius retroqueret. Vnde hæc tam scilicet euenerunt, nisi quia bonus iste angelus remansit iuxta regem Persarum, videlicet admissus confilium bonum. Spiritus enim (inquit Apostolus) administratori sunt, & quia præliatus est aduersus sibi resistenter angelum malum, principem Persarum, offerendo deo orationes, & defendendo causam captiuorum. Magna sunt haec & digna, ut pro illori effectu sancti principes celorum, præliarentur, si memoriter teneas, quod iam saepe diximus, quia reservatio gentis illius, preparatio erat aduentus Christi Iesu, vt esset, vnde illo nascente verbuna promissionis impleretur. Vnde gaudere & letari habebant, non solidi iste prelator angelus, & Michael adiutor eius, sed & omnes angelii, archangeli, throni, dominationes, principatus, potestates, virtutes, cherubim, atque seraphim, cum omnibus hominibus bonæ voluntatis.

Quomodo sit intelligendum, quod ait: Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens. C.A.P. X.

Danie. 10. **S**ed ecce aliud malum. Cum enim (inquit) egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens, subauditus, ad obtemendum vel acquirendum Macedonibus imperium, sub quo videlicet imperio, filii populi tui multa passuri sunt. Iam tunc apparebat, iam tunc veniebat regnum Graecorum, agitante populus Graecia isto, quem dicit principem Graecorum. Nec miru, si iam videbat angelus bonus in conspectu dei stans, & ab ipso egrediens, & ad ipsum regrediens, non (inquam) miru, si iam videbat venire incipientem eiusmodi principem, quia videlicet iam tunc magna Graeci facere incipiebant. Promptum est volenti ex historiis recolere, quæ postmodum Graeci, maximè Athenienses & fieri sunt, qui præcipui vel primi Graecorum in rebus bellicis exciterunt, quippe quorum opera, inquit Pompeius Trogus, effectu maiora quam dictosuere, quæ non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem peracta sunt. Sub istem temporibus quando Danieli visiones iste reuelabantur, ipsum Darium à Cyro, tertium regem Persarum, cuius tempore haec Danieli angelus in visione locutus est, Athenienses vicerunt. Cognito namque Dario, quod Athenienses hostibus contra se auxiliū tulissent, omnem impetum belli in eos conuertit. Cuius aduentu auditio, Athenienses auxiliū à Lacedemoniis petiverunt, & magna cum alacritate animorum hostibus obuiam venerunt. Pugnatum est tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares. ducenta milia Persæ eo prælio sive naufragio amiserent. Claret itaque, quomodo dictum sit. Cum enim egrederer, apparuit princeps Graecorum veniens, quia iam tunc Persæ à Graeciis vinci inciperent, & deinde Dario decedente, cum filius eius Zerxes habens milia sepingenta Graeciam intrasset, ut non immerito proditum sit, flumina ab exercitu eius siccata, Graeciāque omnem vix capere eius exercitum potuisse, duobus prælijs terrestribus. & tertio nivali prælio, in quo decies centum milium numero naues habuisse dicuntur, yicti sunt, & introitus regis eorum in Graeciam

LIBER X. ET HISTORIA.

Fol. 52.

Graeciam quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus fuit. Mirum dicitu, & veteres recensentibus historias perspicuum est, q; crudeliter mali illi principes, angeli truces per eadē tempora iuserunt in sanguine humano, nunc Graeci Graeci, nunc itidem Graeci cædentes & occidentibus Persas impacabili furore, ita ut non ignorent, cur dictum sit. Mundum in maligno possumus fuisse vel esse, cuius videlicet maligni diaboli principes suffraganei erant, illi fam dicti, qui quantum principabuntur illis, non poterat pax esse impensis.

Principes.
Graecorū te-
gni origo.

Quomodo regnum Graecorum originem cæperit. C.A.P. XI.

Dixisse nos arbitramur de principe Graecorum, qualiter venire cœperit, iam dicendum est, qualiter peruenierit, qualiter regnum Graecorum sive Macedoniu (qui profecti Graeci sunt) auctum imperium cum ceteris gentibus Iudeam quoque tenerit, & per quem illa facta sunt, quæ facienda superiori visio demonstrauit in cornu modico quod subortu est ex qua tuor cornibus hirci supra memorati. Post annos imperij Persici plus minus ducentos viginti, Alexander Macedo decedent Philippon in regnum successit, eodem (ut putabatur) Philippo genitus, virtute & diutinis patre maior. Porro, si verum memorant, qui de illo scripserunt, veraciter illum adduxit in regnum, & cum peruenit iam dictum illi malus princeps Graecorum, permisitente deo, cuius permisso semper iusta est, licet malignorum principum voluntas sive intentio semper sit iniusta. Ferunt nanque gestorum eius scriptores, Nectanebum quendam maleficum per maleficia transfiguratum, in cornuti lous dæmonium, quem dicunt Hammonem. Olimpiadis xvioris Philippi inisse concubitum, atque exinde Alexandrum hunc fuisse generatum. Ferunt & hoc alii, quia quo noste eum mater Olimpias concepit, visa est per quietem cum ingenti serpente volutari. Vraeque hæc dicta scriptorum satis sibi consentiunt, nisi quod ab altero plus, & ab altero minus est dictum, & virosoque libenter audimus, quod hoc vel illud dicere, est testificari, quod illuc non deseruit malignorum cooperatio spirituum, ubi conceptus est talis vir, talis futurus predo terrarum, & (ut ait quidam insignis auctor) non vtile mundo redditus exemplum tot gentes esse sub uno posse viro.

Regem Alexandrum se Hammonis filium videri voluisse, idq; per hircum caprarum, qui terram non tangebat, Daniellus significatum fuisse. C.A.P. XII.

Propter felicitatem praedæ sive, quæ praedatus est mundum, & propter inuitam fortitudinem celeritatemq; victoriarum præsignatus est per cornu insigne, quod habebat (inquit Daniels) hircus inter oculos suos. Puer nanci acerrimus literarum studiis eruditus fuisse dicitur, & deinde per quinquennium creuisse sub Aristotele omnium philosophorum nobilissimo doctore, adeptus imperium, regem se terrarū omnium ac mundi appellari iussit. Tantæ superbiae fuit, ut de se plus q; de homine iuberet cenferi, & idipsum maternū sive conceptionis opprobrium, quod iam ante nullis audiū fuerat, vertit in gloriam sibi. Denique ait idem scriptor, Philippus ultimo proprie vitæ sue tempore filii suum non esse palam prædicauerat, qua ex causa Olimpiadiem velut stupri competrat repudiat. Siquidem ipsa Olimpias Philippo confessi fuerat, se Alexandrum, non ex eo, sed à serpente (ut iam dictu est) ingentis magnitudinis conceperat, quod non aliud, nisi adulteri Nectanebi per maleficia transfigurati, sive Hammonem esse, dicens. Igittu Alexander, cū ad Iouem Hammonem pergeret, respōda petiturus de eventu futuroru, & origine sua, cupiens originem diuinitatis acquirere, simul & matrem infamia liberare, per præmissos subordinat, quid ab antistite templi sibi responderet vellet. Ingradientem templo statim antistes sicut fuerat subordinatum, salutat ut Hammonis filii, ille latrus quasi dei adoptione hoc se parere censeret. Rogat deinde, an omnes interfectores parentis sui sit vultus. Fuerat nanci Philippus in spectaculis à quadam nobili iuuenie, nemine suspecto obtruncatus. Respondet, patrem eius nec interfici posse, nec mori, regis Philippi penitentem per aitam vltionem, Comitibusq; eius hoc sicut responsum, ut Alexandru pro deo, non pro rege cohererent. Ob tantam cordis eius superbiam reor sic vīsum, & sic dictum, quia hircus capraru viesib; ab occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram. Ut sit sensus, quia generationem suam non terrenam, sed diuinam censeret vultus. Nam & morens ad postremum in templo Hammonis, utpote patris sui dei, corpus suum condit iussit.

Quomodo Alexander Hierosolymam venerit, & principem sacerdotum vestibus sacris indutum veneratus sit. C.A.P. XIII.

Necdum causam commemorat, ut hircus ille scilicet regnum Graecorum, Iudam & Hierusalem, templumq; nuper de ruina & igne Chaldaeorum refuscitatum, deuastaret, neque cornu illud insigne ad hoc fuerat deputatum, ut faceret quod faciendum erat per aliud cornu eiusdem hirci, iuxta villosum supra memorante mysterium. Scilicet quippe, quia non nisi ob causas manifestas, non nisi ob sceleris grandia contigit, ut vel Nabuchodonosor locū illū prius, vel Anastochus decessit redederit posterius. Causas, præcedentis, id est, Babylonice tempestatis suo loco diximus, causas sequentes postmodum dicemus. Igitur intendebat quidē diabolus contra deum, I iiiij contrā

Aristoteles
omnii p̄fli
lophorū
doctissim⁹.

Philippi in-
terfector
Pausanias.

Veneratio
principum
sacerdoti.

RYPER. ABBATIS TITIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

contra promissionis dei verbum vibrare illud hirci cornu magnum, sed permisus non est, immo manifesta dei virtute locus illi defensus est. Cum enim idem Alexander Hierosolymam adueniret, Phoenixes (ait Iosephus) & Chaldei secum reputabant, quia quicquid potuisset furor imperialis in ciuitatem, & ipse committeret, & ipsos committere permetteret, & principem sacerdotum summis asiceret contumelij. At idem princeps sacerdotum, nomine Iaddi, diuina visione præmonitus fuerat, ut confideret, certisq; ciuitatem ornaret, portasq; protinus aperiret. Et alii quidem cum veste alba, & ipse autem & reliqui sacerdotes cum legitimis stolis occurrerent, sperantes, nihil saeum pati deo prouidente. Hoc facto, venit & diuero quam putabant iam dicitur Phoenixes, & Chaldei. Nam Alexander videlicet multitudinem vestibus albis induram, antistites vero cum byssinis stolis, & principem sacerdotum cum tunica hyacinthina, & aurea stola, super caput habentem cydarium & laminam auream, in qua scriptum erat dei nomen, adiunctorum & nomen adoravit, & principem sacerdotum primus veneratus est. Super hoc Syria regibus & reliquis stupentibus, corruptamq; regis mentem purantibus, cum vnu ex omnibus interrogasset eum, dicens. Cur, eum omnibus adorantibus, ipse adorasset principem sacerdotum gentis Iudeorum. Non huc (inquit ille) adoravi, sed deum, cuius principatu sacerdotij functus est, nam per sonnum in huiusmodi vni habitu conspexi. Praecipua victoria pars, victoria non minus vel verbi dei, taliter ob adimplendam veritatem promissionis, illam gentem reseruantis atq; defendantis, ut regnorum capita libi humiliaret, dum & Babylonis caput Nabuchodonosor profereret eius procidens adorat, & Macedoniam diadema magnus Alexander in sacerdotio ornato nomine dei nichilominus adorat, & eorum medium tempore potentissimum Persarum Mædonumq; rex mysteriorum victoriæ passionis eius, sicut suo loco dictum est, a penso Aman in patibulo, licet ignorans concelebrat.

Quomodo illud cornu fractum sit, id est, quomodo Alexander magnus vita deceperit.

C A P V T . X I I I .

Daniel. s.

Aqua Stygiæ tollitur
Alexand.

Domini est
regnum.

Apoca. 12.

Quomodo tandem cornu illud fractum est? Hircus enim caprarius (aïs scriptura) factus est magnus nimis, cumq; creuisset, fractum est cornu magnum. Quomodo fractum est? quomodo mortuus est, qui estimabatur, & estimari volebat immortalis, magnus Alexander. Venera Babyloniam, & ibi per insidias venientia accepit poculum, cuius veneni tanta vis fuisse dicitur, ut non ære, non ferro, non testa contineretur, nec alieta ferri nisi in vngula eius potuerit. Accepto poculo, media potione, repente velut telo confixus, ingemuit, elatusque coniuvio feminam ita amarè cruciatus est, vt ferrum in remedia posceret, taetumq; hominum velut vulnra indeleaseret. Sexta die discessit Alexander, mensem vnu & annos tres & triginta natus, cuius temporis tam brevissimi nunc idcirco meminerimus, ut recognites, qualis vel quantæ esse possit causa huius iuuenienti in iudicio antiqui dierum super thronum sedentis, & iudicantis de bestiis illis, quarum tercia bestia fuit hic pardus, id est, per pardum signatus, saevis arque superbis. Quale enim est, cum contemplatione illius antiqui, videre iuuenient temporis tantillæ rapientem regnum, quod idem antiquus disponere debuit, sive appellari subiectum terrarum omnium regem ac totius mundi. Nimirum tale est, immo longè ridiculosus est, quam si locusta subtiliat, & pro brevi saltu gigantea se haberet velit, tam magnum ut celum continget. Iam dudum de isto & de ceteris irreuerentibus, & in republica eiusdem antiqui dierum rapinam regnorum facientibus dictum fuerat. Perit memoria eorum cum sonitu, & dominus in eternum permanet, qui & permanens dicit. Consilium meum stabit, & voluntas mea fieri, subauditur, ut ille solus vincat, solus regnet atque imperet, qui antiquus à me praelectus est, quia verum & maternum est antiquitas meæ iudicium, ut solus ille rex sit omnium, per quem solum omnia facta sunt.

Fracto cornu, alia quatuor succreuiſe, id est, draconem, cum septem tantum capita habeat, decem tamen diademata gestare.

C A P . X V .

Fracto cornu hirci magno, orta sunt (inquit) cornua quatuor super illud per quatuor ventos cœli. Id est, mortuo Alexandre magno, diuīsum est regnum eius in partes quatuor, & laceratum est etiam in externos, exceptis his quatuor regnis, Macedonia, Asia, Syria, & Aegypti. In Aegypto enim primus regnauit Ptolomeus Lagi filius, id est, ad meridiem. In Macedonia Philippus, qui & Arideus frater Alexandri, id est, ad occidentem. In Syria & Babylone Seleucus, qui & Necanor, i. ad orientem. In Asia & Ponto Antigonus, id est, ad septentrionem. Hoc secundum plagas totius orbis. Ceterum quia in Iudea est ad aquilonem Syriam, & ad meridiem Aegyptum habet. Hic iam illud occasio suggerit, quod in Apocalypsi draco sive bestia haec, cuius cora verbum dei prælæta præsentis operis intentio recensenda suscepit, capita quidem septem, & in capitibus suis septem diademata, decem vero scribitur habere cornua. Nam ecce (inquit) draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata. Cur ita sit, præsens locus vigilanter obseruatus innuit, quia videlicet dū in uno ex septem regnis,

quaæ

L I B R . IX.

Fol. 53.

quaæ sunt septem capita draconis pro uno rege Alexandro decedente, quatuor succedunt & imponunt libi omnes diademata, crescit numerus regum, & decem sunt reges septem regnum, per quaæ (vt iam saepe dictum est) hoc agere insitum draco diabolus, ut irritum fieret promissionis dei verbum. Nam & si in quatuor partes diuīsum est regnum Macedonicum, pro uno tamen imperio computatum vñq; ad Romanorum imperium, & vna tantum pars, scilicet Syria regnum per Antiochum Epiphanem draconis eius maliciam, id est, saeum contra testamentum dei, crudeliter exercuit persecutionem.

Antiochum per cornu parvulum, quod de uno ex quatuor exierit, significatum fuisse.

C A P V T . X VI .

Primus (vt iam dictum est) post mortem Alexandri, Syria regnauit Seleucus, cognomento Nicanor, secundus Antiochus, qui appellatus est Soter, tertius & ipse Antiochus, qui vocabatur Theos, id est, deus, quartus Seleucus, qui cognominatus est Callinicus, quintus Seleucus, cognomento Ceraunos, sextus Antiochus frater Seleuci, qui appellatus est magnus, septimus Seleucus filius Antiochi magni, octauus Antiochus, qui appellatus est Epiphanes frater Seleuci, iste est radix peccatrix, ex quo primus liber Machabæorum sic incipit. Ex exitu ex eis radix peccatrix Antiochus illustris filius Antiochi regis, qui fuerat Roma obes, & regnauit in anno centesimo & septimo regni Gracorum. Iste est quem ita prophætica visio designat. De vno autem ex quatuor cornibus egredium est cornu vnu modicum, id est, de Seleuco, qui cognominatus est Nicanor (vt iam dictum est) exiit rex iste Antiochus octauus ab illo, rex virtute modicus, arrogans magnus. Et factum est cornu illud magnum contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem, & magnificatum est vñq; ad fortitudinem ecclie, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & cœculauit eas, & vñq; ad principem fortitudinis magnificatus est, & tulit ab eo iuge sacrificij, & deiecit locum sanctificationis eius, sicut in Machabæorum libris narratur. Hanc malorum partem declarare, nosri propositi est, nam cætera regni illius mala, quæ contra semetipos, Alexandri principes & duces seu comites mox facti reges gesserunt, ad presentem non pertinet negotium, quia videlicet contra dei testamentum manus suas vel arma sua non extulerunt, sed suum iniucum sanguinem male prodigi biberunt. Sunt historiæ, quas qui eunq; legit, planè animaduertere potest, Alexandru non degenerasse a serpente, immo daemonicus, de quo sub nomine Hammonis iniucum conceptum le, ipse gloriatus est, cuius videlicet Alexandri superbiæ, celerem cadens in mortem, cœdium plurimarum seminarium fuit, suosq; domes ticos contra semetipos diuīsum odij vñpereis, discordis serpentis.

Onyx primum sanguine quintum hoc draconis caput maduiss, & rufum factum fuisse.

C A P V T . X V I I .

Prinципium sanguinis, quo caput istud draconis, caput quintum maduit, & rufum cepit fieri, cædes Onyx pontificis extitit pñj, & mala odio habentis, propter culus pietatem, cū leges adhuc optimè custodiarentur, & sancta ciuitas in omni pace habitaretur, sicut ut ipsi reges & principes locum summo honore dignum duxerint, & templum maximis muneribus illustrarent, ita ut Seleucus Asia rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministrum sacrificiorum pertinentes. Vita excellerat Seleucus, regnumq; suscepit Antiochus, qui Epiphanes, id est, nobilis appellabatur. Regi illo fallo nobili, & verè ignobil regnante, Menelaus, qui Onyx dictus fuerat, sed Græcorum emularius gloriam, inter cetera gentilis ritus insignia, Græcum quoq; nomen assumperat, ut vocaretur Menelaus. Aurea quedam vasa templo fatus, alia donauerat, alia vendiderat, ob quam rem cū argueretur ab Onyx, egit ut ab Andronicu, cui partem valori dederat, Onyx interficeretur, & ita factus est. Octavius Itaq; est propter iustitiam, primus in acie sanctoru martyrum Machabæorum, de quibus deo donante nunc erit dicendum. Vir in vita sua, & post mortem suam venerabile habens testimonium, quod fuerit vir bonus & benignus, vñs verecūdus, modestus moribus, & eloquio decorus, atq; à puero in virtutibus exercitatus. Primus in hunc persecutionem egit frater ipsius Iason, qui patrio nomine dictus fuerat Iason, sed sicut de Menelao iam dictum est, Græcas patriæ legi præferens glorias, Græcum in primis vocabulum assumperat, ut vocaretur Iason. Iste ambiens summum sacerdotium pecuniis oblatis, impius facile obtinuit apud regem impium, post hoc vitam quoq; ut iam dictum est, amictus Onyx propter iustitiam.

Quibus peccatis populus meruerit, ut deus per Antiochum eos affligeret.

C A P V T . X V I I I .

Dicendum iam in primitis, qualia proper peccata permisum ac iustum fuit ante deum, ut potestatem haberet caput illud nequissimum aduersus testamentum dei, talem, tam magnam ut penè periclitata fuerit spes promissionis, quam (vt saepe dictum est) in mente tunc habebat ecclesia, secundum similitudinem mulieris in veteri habentis. Malum ipsorum primum ab ipsa

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Psal. 28. ipsis processit, ita ut exigeret iustitia fieri, quod faciendū esse dixerat in Dauid deus, in sermonibus suis iustus, & vincens eū iudicatur. Visitaro, inquit, in virga iniuitates eorū, & in verbēribus peccata eorū. Acto nanc̄ vt occideretur Onyas pontifex pius, propter quē (viam diū est) leges optimē custodiebantur, prædicti Iason & Menelaus, & multi ab ipsi persuasi, accesserunt ad Antiochum, & ad noritā eius perduxerunt, q̄ vellent patrias relinquerē leges, & conuerationem & mores obseruare Græcorū. Rogauerunt ergo eum, ut permetteret eis ad fiduciam gymnasium Hierosolymis. Est autē gymnasium nudorū exercitium, quo iuuenes nudi luctantes se exercebant. Gymnos græcē, nudus latine. Cuncti conceillerunt Antiochus, circumcitionem suā (inquit Iosephus) velauerūt, vt non apparerent Græcis esse dissimiles. Quod illi dicit, & velauerunt circumcitionē suam, hoc est quod ait scriptura libri Machabœorū. Et fecerūt sibi præputia. Circuncis nanc̄ impossibile erat sibi facere præputia, nisi velando circumcitionē ne appareret q̄ nō haberent præputia. Hoc faciendo recesserunt. Inquit, à testamento sancto, subauditur, quod pepigit deus cum Abraham, in quo est promissio seminis quod est Christus, cuius videlicet promissionis fidē in eo negauerunt, quod circumcitionem signaculū fidei velādo præputia sibi fecerunt, & ita veraciter à testamento sancto recesserunt.

Quibus successibus populi flagitia aucta fuerint. CAP. XIX.

IN IUTIUM dolorum fuit hoc, quod nimurum accererunt sibimet vltro. Hoc initium statim sequitur et profectus, & succelis incrementū. Etenim aulus est sub ipsi arce Sion gymnasium constitutore, aulus est etiam optimos quoq̄ Epheborum in lupanaribus ponere. Erat autē (inquit scriptura) hoc non initius, sed incrementum quoddā, & profectus gentilis & alienigenē conuerationis, & propter impī & non sacerdotis Ialonis, nefarii & inauditiū scelus, ita ut sacerdotes iam nō circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis negligentes, festinarēt participes fieri palestræ & præbitionis eius iuuent, & in exercitiis discit, & patrōs quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur. Vbi tales erant sacerdotes, qualis putas erat populus? Vbi occiso Onya pontifice pio, sufficiens Iason in pius, & non sacerdos, optimos Ephborū in lupanaribus ponebat, putas qualis erat iuuentus tā egregii potificis alumnarū tam vtiū locus & tempus erat, vt veniret super eos sententia maledictionis illa, quae in libro Deuteronomij quatenus fuerint in exempli subuersione Sodomæ & Gomorræ, Adanæ & Seboim, quas subuerit dñs in ira sua, & in furore suo. Nisi teneror dominū dei iuramentū sūti, quod furauerat ad Abrāah & ad Dauid pro semine quod erat Christus, nasciturus ex illis, Elaia quoq̄ testante, cū dicit. Nisi dominus exercitū reliquisset nobis semen, quasi Sodoma nūfsemus, & quasi Gomorra similes essemus. Hac idcirco dicta sunt, vt appareat aliquatenus æquitas iusti iudicij dei, quia nisi sola gratia reserue voluissest gentē illam, propter adimplendam veritatē promissionis, non tantū fecleſis manibus impī Antiochi, & verumetiam tali penē iustū fuisse illos subiici, quasi Sodoma, vel Gomorra succubuit. Nam etiā grauitus erat peccatum istorum scriptā legem habentium, q̄ Sodomarū legem huiusmodi non habentium.

Quid sit quod dominus per Zachariam dixit, Quia ego iratus sum parum, ipsi vero addiderunt in malum. CAPVT XX.

ECCE autem illud occurrit, quod in Zacharia propheta dominus exercitū præmittens. Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, & ira magna irascerūt super gentes opulentas, continuo causam istam subiungit. Quia ego iratus sum parum, ipsi vero addiderunt in malum. Et est sensus, ego zelo bono dñfusus, visitau in virga iniuitates eorum, & in verbēribus peccata eorum, potestatem dando gentibus, vt eos affligerent parum. Ipsi autem quibus permisit potestatem, permisso abentes excesserunt modum. Nunc ergo discrete attendendum, & attente discernendum est, quid iustus deus fieri voluerit illi populo iratus parum, & quid gentes, vt tunc temporis erant Græci, plus faciendo addiderunt in malum. Quod vt commodius fiat, dicendum in primis in quo sit ira dei parua, iuxta quam dicit. Quia ego iratus sum parum, & in quo ira eius magna, iuxta quam loquitur. Et ira magna ego irascerūt super gentes opulentas. Simulq̄ & illud confiderabitur, quia parua iram suam zelum vocat, dicit. Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno. Et contra magnam ipsius misericordiam, & parua eiusdem opportunitum erit distinguere misericordiam, quia sicur magna ira magna est opposita misericordia, quam David postulat, dicens. Misere mei deus secundum magnam misericordiam tuam, ita & parua ira oppositam constat esse paruam misericordiam, quam in Osee qualis sit audiuimus, deo dicente. Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda? misericordia vera quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.

Quid sit, deum irasci parum. CAP. XXI.

IRA dei parua, iuxta quam dicit, quia ego iratus sum parū, subauditur Hierusalē & Sion. Ira parua, virga discipline est, scilicet temporalis afflictio sive vexatio, valens ad hoc vt intellectum det auditui, ne forte Hierusalem sive Sion, scilicet electa qualibet anima temporalibus bonis

LIBER IX:

FOL. 54.

bonis inebriata consopiatur, & auditus eius intellectum verbi dei non habeat, in quo est vita eterna. Talis ira zelus recte vocatur, dicente ipso. Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno, veluti cū vir diligens dilectam suam fortiter simulatur eumē post amatores suos. Ecce, iniuiens, ego sepiam viam tuā spinis, & sepiam cā maceria, & semitas suas iniueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehender eos, & quaret eos, & nō inueniet, & dicer. Vadam & reuerter ad virū meū priorē, quia bene mihi erat tunc magis q̄ nunc. Porro ira dei magna est, quod non zelatur, quemadmodū in Hieremias dicit ipse. Cū zelus meus recesserit a te, & excentram animam nō requirit, neq; sepit viam cius spinis, vt aduersa offensa reuertat ad creatore suum. Iuxta quod in psalmo dīctū est. Secundū multitudinē ira sue nō queret. Huic ira magna, magna est opposita misericordia. De qua cū dīxisset ad Dauid in iuramento suo. Visitaro in virga iniuitates eorū, & in verbēribus peccata eorū (subauditū filiorū Dauid) continuo subuinixit. Misericordia autem mea non dispargat ab eo. Quenam est illa misericordia, nō promissio adimplenda, nunc autē implēta? Nā & alibi. Deus (inquit) suscepitor meus. Deus meus misericordia mea. Deus meus, inquam, scilicet Christus qui est super omnia benedictus deus in secula, quia profetiō in sua perlona, id est, de semetipso proloquens Dauid, suscepitō suū portuit dicere, quia futurū erat, & factū est, vt deus nōs, verbū dei, verbum deus suscepit ipsum Dauid, suscepit carnem nostram hominem versū de semine ipsius Dauid. Hæc misericordia tam magna, fructus est illius benedictionis, qua pater Isaac iuniorē filii suum Iacob benedicens. Seruant, inquit, tibi populi, & adorant te tribus. Este dominus fratrū tuorum, & incurvant ante te filii matris tuae. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, qui autem benedixerit tibi, be nedictionibus repleatur. Eo nanc̄ illa benedictio tendebat, vt deus noster misericordia nostra, deus & homo Christus de stirpe Iacob nascetur, quoniam relapsus fuerat Rebecc. Due gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Et idcirco fieri nō poterat, vt ex ambobus nasceretur, vt pote diuisus Iacob & Esau. Illa benedictio (quā soritus est eiulans Elau dīcte patre) in pinguedine terræ, & in ore coeli desuper erit benedictio tua) misericordia parua est, parua ira dei, de qua iam dictum est, opposita.

Gene. 27.

Quid Antiochus addiderit in malum.

Gene. 29.

CAP. XXII.

IAM ad id quod propositum rediūtū est, scilicet ad discernendum quid fuitus deus fieri voluerit illi populo iratus parum. Et quid illa radix peccatrix Antiochus ille illustris, plus faciendo addiderit in malum. Vnam tantummodo & paruam misericordiam (sicut iam dictū est) fortius fuissest Esau, scilicet, vt in pinguedine terræ & ore coeli desuper, id est, bonis terrēnis, & temporalibus diuitiis abundaret. Vt rānc̄ autē, videlicet & paruam & magnā misericordiam Iacob in benedictione acceperat, quatenus eidem & de ore coeli & de pinguedine terræ daret abundantiam fragmenti vini & olei, quæ parua misericordia est. Paruam illam misericordiam, parua ira deus abstulit, quoniam populū illi propter peccata gentibus deaſtandum tradidit, sicut scriptū est. Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorū qui odirent eos, & tribulauerunt eos inimici eorū, & humiliati sunt sub manibus eorū. Ipsi vero addiderunt in malum, quoniam hoc nūf sunt, vt misericordia magnam, misericordia eternam auferrent eis, non vt ipsi possiderent, led ne fieret vili homini, neque esset apud viliū hominem fides dei, aut verbum promissionis, agitante illo diabolo draconē antiquo. Ut (exempli gratia) Nabuchodonosor regem Babylonis agitauit, quatenus tres pueros mitteret in caminum ignis, quia statuam noluerunt adorare, quā ipse fecit. Sed de illo & de ceteris iam dictum est, ad ea quæ impius gesit̄ Antiochus seruo deuenit.

Quid Antiochus Hierosolymis fecerit, ad paruā dei irā pertinere. CAP. XXIII.

POstquam paruam est regnū in confętu Antiochi, & copit regnare in terra Aegypti, vt regnaret super duo regna. Postq̄ comprehēdit ciuitates munitas in terra Aegypti, & accepit spoliā terra Aegypti, conuertit & alcendit ad Israhel, & ascendi Hierosolymam in multitudine graui, & intravit in sanctificationē cū superbia, & accepit altare aureū, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa & ornamenta, quæ in facie templi erat & comminuit omnia, &c. vlc̄ ad id quod dictū est. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius, & sublinitas eius conuerla est in luxum. Hæc omnia secundum hunc modum, cuncta secundum hoc genus malorum direptio atq; communio vaſorum sanctorū, direptio theſaurorum, & cedes hominum, planetarū magnus in Israhel, & in omni loco eorū geminus principum & seniorū, infirmum & virginū, lameū maritorū, & luxus matrimoniarū, plaga magna ciuitatis & perditio populi multi (nam & ciuitatem succedit Antiochus igni, domos quoq; & muros in circuitu destruxit). Hæc, inquam, omnia pertinet ad irā paruā, iuxta quod ait ipse dominus, quia ego iratus sum parū. Parua nanc̄ hæc fuerūt, quia circa corpus omnia verfa sunt bona temporalia, bona caduca, & quandoq; defutura citius sustulerūt. De causa vel cupiditate eius, quia intrauit

Macha. 1. in Aegypt.

Zachari. Ozee 2.

Psalm. 42. Psalm. 43. Misericordia quid.

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI

in Aegyptum bellum inferens nepotibus suis, id est, sororis sua filii, Prolemæo Philometori & fratri eius Prolemæo Phisicon ex Prolemæo Epiphane genitus, & qualiter imperio Romanorum circumscripsit ac deterritus inde recesserit, recitare prælensis non est negotij, præsertim quia propositi sui viam tenet animus digniora proficit, & ad ipsa tendit.

Quod Iudeos ad ritum gentilem coegerit, additamentum fuisse in malum.

C A P V T X X I I I .

Sequuntur ea quæ recte dicas additamentum eorū, quemadmodum ait. Ipsí vero addidērunt in malum. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus unus, & misit libros per manus nunciorum in Hierusalem, & in omnes ciuitates Iudeæ, ut sequeantur leges gentium terræ, & prohiberent holocausta & sacrificia & placationes fieri in templo dei, & prohiberent celebrare sabbatum & dies solennes. Et iussit edificare aras & templum & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia, & relinquere filios suos incircuncisos. Et qui-cunq; non fecissent secundū verbum regis Antiochi, morerentur. Et edificauit abominandum idolum desolationis super altare dei, & per viuieras ciuitates Iudeæ in circuitu edificauerunt aras, & ante ianuas dormitorum, & in plateis incendebant thura & sacrificabant, & libros legis dei combusserunt scindentes eos, & apud quemcunq; inuenientibus libri testamento domini, & quecumq; obserabant legem domini, secundum editum regis trucidabant eum. Quis dubitet, quis discernere non queat, totum hoc additum esse super iram domini & patris, ferius aut filios suos non perdere, sed corripere volentis. Ego enim, inquit, iratus sum parum, scilicet visitando in virga iniurias eorum, & in verberibus peccatum eorum. Ipsí vero addiderunt in malum, videlicet ad hoc tendente diabolo agitare illorum, ut misericordiam meam auferrent ab eis, & irritum facerent verbū promissionis, tollendo legem, auferendo testamentū & libros testamenti, & ipsam quoq; gentem, ut dū non supereret gens vnde falso futura sperabatur, consequenter nec ipsa falsus mundi Christus nascetur.

Diabolum propter eiusmodi additamenta, dictum esse leuiathan.

C A P V T X X V .

Perpende nunc quā recte & quanta pro re, draco iste magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, vocetur etiam leuiathan, quod interpretatur, additamentū eorum. Quorum enim eorum, nisi seprē caput sepe dictorum? Ex quo dominus generi humano parū iratus dixit ad Adam. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes panem tuum cunctis diebus vita tua, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluere reuertiris, & emisit eum de paradiso voluntatis. Ex quo, inquam, suis quoq; electis taliter parum iratus, mortales eos esse & brevi tempore vivere, & in laboribus breuem vitam ducere voluit, semper diabolus insitit, ut magna quoq; ira adderetur illis, id est, ut mortales permanerent mortui. Amplius autem postquam ad Abraham factū est verbū promissionis, quo promissa est benedictio, quo utrīc; est destruccióne peccati & mortis, idem diabolus infantria coepit, & contra promissionem eandem quatenus nō fieret quod promissum fuerat, illa capita sua, de quibus nobis nunc sermo est, furiosus erexit, quæ nimis quantum in ipsis fuit, maxime illi populo, quoties deus fratus est parū, addiderunt in malū, ut videlicet ablata illis libertate vita preuentis, auferrent etiam deum. Hoc est additamentū eorum, propter quod ipse qui addidit, suis qui addere voluit, dicitus est leuiathan. Quod vocabulū nō alium quempiam, sed ipsum constat posuisse dei primum in Iob, cū dicte ait. Nunquid extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis os eius? &c. Deinde in Elaia. In die illa visitabit dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super leuiathan serpentem yecitem, & super leuiathan serpentem tortuosum, & occidet eum qui in mari est.

De ira dei magna, que sit.

C A P . XXVI.

Quid illa visitatione iustus, quid illo gladio durius? Gladius nanci durus & grandis & fortis, magna est ira dei, quā iste leuiathan generi humano, & illi præcipue genti, que verbū promissionis acceperat, superaddere voluit, ut auferretur illi misericordia, & non fieret quod promissum fuerat. Vnde animaduertere promptum est, valde iustum esse, vt & ipse serpens antiquus & omnia capita eius, omnes omnino impii, qui dicuntur & sunt mēbra diabolus vel corpus, gladium durum, gladium grandem & fortem, id est, magnam dei subeant iram, quoniam hanc ipsi superaddere voluerunt electis dei, parvum (vt iam dictū est) sustinentibus iram. Per pulchrum similiq; terriscum est illie perspicere sensum huiusmodi, ybi dicit sp̄ritus in Apocalypsi Iohannis. Vt terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam. Subaudire nāque decet ad comparationem sive relationem minoris fr̄e, de qua iam dictum est magnam esse, vel dici illam, quam haber diabolus irā. Siquidem & ratio docet, & Aristotelici quoq; volunt, parvum & magnum non absolutē, sed relatione vocabula quantitatatis esse. Vt (verbū

Leuiathan
Job 40.
Esa 27.

Gladiū du-
rus, magna
ira dei.

Apoca. 12.

JESU CHRISTI APOSTOLI LIBER VIII. ETIAMA MEC. Fol. 55.

(verbi gratia) cum dicitur, mūs magnus, & mons parvus, respectu aliorū dici intelligitur, quia parvus mons respectu montis maioris, & magnus mūs sine dubio respectu minoris muris evincatur. Cum igitur dicit. Vt terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam. Terræ & mari nominibus, omnes impios significans, pulchrè subintelligitur parua ira, que finem accepit, & quam omnes electi pertinuerunt talia passi, qualia possunt intelligi per illud dei dictum. Quia ego iratus sum parvum. Diabolus namque magnam habet iram super le politam, scilicet irreuocabilem damnationis externe lentitiam, & illam importat terræ & mari, id est, omnibus impijs. Qui cum deus fuisset, suis iratus parvum, ipsi addiderunt in malum, ut inferrent illis misericordia spem, ut inferrent illis obliuionē dei. Vt illis, quia diabolus, qui habet iram magnam, communicat eis, ut habeant ipsi quod addiderunt, sive adderentur electis dei.

Parvum dei iram placavi posse, magnam non posse.

C A P . XXVII.

Quomodo tandem remota est illa ira dei, qua tunc temporis iratus fuerat parvum hostijs & munieribus. Hoc deniq; distat inter iram dei parvam, & iram dei magnam, quod ira dei magna non expiatrī vītimis & munieribus vīcī in ēternū. Sicut & ad beatum Iob de fam dicto leuiathan, id est, diabolo habente iram magnam dominus dicit. Non paream ei vībis potentibus, & ad deprecandum compositis. Parva autem ira dei placari potest hostijs & munieribus, & sub lege, & in grāia dispositiis, maximē autem his, quae supra legem vel p̄ceptū quicq; spontanea deuotione supererogauerit. Exempli gratia, tradēdo corpus suum pro testamento dei. Quibus ergo vītimis, quibus munieribus illa ira, qua nūn deus parvum iratus fuerat, placata sive remota est. Non holocaustis arietum & taurorū, nec in millibus agnorum pinguium, sed sicut in fornacem Babyloniam tres pueri misi, in animo contrito & sp̄itu humiliatis suscepisti sunt, ita septem fratres cui matre sua paliū meruere sufficiū sacrificiū benefacitum, per quod loco & omni populo irā domini placari dignū fuit. Vnde & statim post pafiones illorū subiunctū est. Quia Iudas Machabeus, & qui cū illo erat conuocantes cognatos, & eos qui permanerant in Iudaismo, afflumentes & inuocantes dominū, ut misereretur tēplo & ciuitati, & vocem sanguinis ad se clamantis audire, memoraretur quoq; iniquissimas mortes innocentium parvolorū, & armis vtri cooperunt, deo nimurū confortante, & effectū triuente. Ira enim domini (inquit scriptura) in misericordiam conuenerat.

Mulierem in vtero habentē, denū parturīfē & clamaſſe. Cap. XXVIII.

Quis non audiuit clamores illius temporis, clamores mulieris in vtero habentis & parturiente clamat. Sepe dictū est, & sēpē dicendū est, nec fastidio esse debet, quia summa præsentis opusculi in mysteriū respicit signi magni & mirabilis, scilicet draconis rūs septem capita habentis, & ante mulierem, quae erat paritura, stantib; ut cū pareret, illū eius deuoraret. Clamat mulier in vtero habens & parturiens, clamat ab ecclesia tēporis illius fidem & spēm in verbo promissionis habens, & cruciabatur vt pareret, id est, desiderabat, & desiderando fatigabatur, ut promissiones suas de semine Abrahæ deus adimpleret. Quis, inquam, clamores temporis illius non audiuit? Vt mihi, Matthathias inquit, ut quid natus sum viderū contritio nem populi mei, & contritionē ciuitatis sancte & federe illic, cū darū in manibus inimicorum. Templum eius sicut homo ignobilis, vasa gloriae eius captiuū abducta sunt. Item & ieunauerunt, & induerunt se cilicis, & cineris sparlerunt in capite suo, & deficerunt vestimenta sua, & suscitauerunt Nazaraeos, qui implorauerunt dies, & exclamauerunt voce magna in celo dicens. Quid faciemus isti, & quo eos ducemus? Et sancta tua concūlca sunt, & contaminata sunt. Et sacerdotes tui facti sunt in luctu & humilitate, & ecce nationes conuenerunt aduersum nos, ut nos disperdat. Tu scis quae cogitant in nos. Conuenerat enim exercitus multorum millium, ut venirent in terram Iuda, & disperderent eam. Ipsi autem cum pauci essent, & nunc clamemus dixerunt in cœlum, & miserebūt nostri deus, & conteret istos ante faciem nostram hodie. Plena est historia dierum illorum, rerumq; gestarum series clamoribus huiuscmodi, qui verē secundum mysterium præscriptum clamores erant mulieris in vtero habentis, & parturientis, & in parturiente magnū cruciācum habentis.

Septem fratres Machabeos, & matrem eorum, præcipue cum patrenerunt, clamaſſe.

C A P V T XXIX.

Quod si singularū desiderii gemitusq; animarū, quæ in illius magnæ mulieris persona vnuū sunt, magnus clamor extitit ad deum. Quid de illa censes, quid putas de matre septem filiorū, quæ supra modum mirabilis, & honorū memoria digna, pereunte septem filios sub vnuū die tempore conspexit? Deniq; bono quidē animosferebat propter spē, quā in domino habebat, singulorū illorum horrabatur. Non ego, inquiens, vobis in vtero meo sp̄ritū & animam donavi, nec singulorū membra compagi, sed mundi creator, qui formauit hominis natuitatem, quicq; omnī inuenit originem, & spēm vobis iterū cum misericordia reddet & vitam.

K Bono

Ibidem.
Zacha. I.

2. Macha. 8.

1. Macha. 2.

1. Macha. 4.

2. Macha. 3.

RUPERT. ABBATIS TVTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Bono quidem, inquam, animo propter spem futurę resurrectionis natorum supplicia mortales cerebat, sed nihilominus natura materno affectu dolebat, magnisque ad deum dolore clamabat. Et singuli quidem natorum in suo dolore, sive que pena clamabant. Mater autem, quae & nouissima post filios consumpta est, in mortibus omnium, in doloribus singulorum abundantius doluit, & altius clamauit. nec minori singulos mentis cruciatu peperit deo, quam cruciata est, dum singulos pareret mundo. Itaque saltem in una matre illa perpende de vniuersa diuinorum illorum ecclesia, quam congruum, quam diuinorum plenum fuerit, vel sit mysterium, draconem tot capitum stellis ante mulierem in utero habentem, scilicet venturum Christum sive expectantem, ut filium eius deuoraret, ut fidem promissionis de corde eius auferret. Quintum regnum illius draconis, regnum illud erat nequiter erectum, regnante Antiocho ad infestationem mulieris, quod nimurum in illa matre septem filiorum penè visibiliter apparuit. Ante istorum quidem, scilicet matris & septem filiorum passiones, multus sanguis ab Antiocho filius fuerat, quia ad deum clamabat, sicut postmodum dictum est, ut vocem sanguinis ad se clamantis audiret. Sed istorum sanguis vocem grandiorem habuit, & ad supernos auditus perueniens, ire finem imposuit.

Quod carne porcina vesci noluerint, passionis eorum causam fuisse, & quod mundis omnia munda.

CAP. XXX.

Ciborum vius.

2. Macha. 6.

1. Cor. 10.

Ibidem.
1. Timo. 1.

Titum 1.
Acto. 15.

Discrimina ciborum.

Ezech. 20.

Exod. 20.

Exod. 22.

Exod. 22.

Noli attendere qualis parvum passionis eorum causam, dum legis, hoc tantum, quia contigit eos cum matre apprehensos compelli a rege, comedere contra ius carnes porcinas flagris & tauris cruciatu. Ille namque carnes non soli porcine, verum etiam immolatae erant, id est, daemonebus immolatae erant. Sicut enim in praecedentibus habes, Altare etiam plenum erat illicitis, quae legibus prohibebantur. Duebant enim cum amari necessitate in die natalis regis ad sacrificia. Et cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire. Et in primo Machabaeorum libro manifestius dictum est, quia iussit Antiochus immolari carnes suillas & pecora communia. Cum ergo audis carnes porcinas, subintellige etiam immolatae. Duplex certaminis causa, quia videlicet carnes porcinas lex inter immunda reputauerat, & his vesci prohibuerat. Et qua immolant gentes (aie Apostolus) daemones immolant, & non deo. Porro de causa una, scilicet de eo quod litera legis haec inter immunda reputat, spiritus viuificans per euangelij gratiam nos liberat, dicens Apostolo, Omne quod in mundo venit, manducate. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare. Item ad Timotheum. Quia omnis creatura dei bona, & nihil rei scindendum quod cu[m] gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum dei & orationem. Item ad Titum. Omnia munda mundis, coquinatus autem & infidelibus nihil mundum. In actibus quoque Apostolorum. Vnde est inquit spiritui sancto & nobis, nihil ultra oneris vobis gentibus imponere, q[uod] haec necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & suffocato, & fornicatione, & ea quae vobis fieri non vultis, alijs ne faciatis.

Quaratione deus in veteri lege, inter munda & immunda discreuerit.

CAPVT XXXI.

Non est hoc ex levitate sue mutabilitate, sed ex iudicio & ratione, quod unus idemque deus, & legem dedit de mundis & immundis, & in euangelio, sive per euangelij ministros dicit, omnia esse munda mundis. Ut ille huius rei consideratio procedat, si ritus perpendas, & quid de praeciptis suis ipse dicit in prophetis, & quid tunc euenerat, quando eiusmodi praecpta dedit. In Ezechiele dicit. Electi eis de terra Aegypti, & eduxi in desertum, & dedi eis praecpta mea, & iudicia mea ostendi eis, quae faciat homo, & vivat in eis. His dictis confessim culpans eos, quod praecepta sua reprobarunt, & post idola suffident oculi eorum. Ergo, inquit, & ego dedi eis praecepta non bona, & iudicia in quibus non vivunt, & pollui eos in muniberibus suis, cum offerrent omne quod aperit vuluum. Ecce quanta differentia praceptorum, alia praecepta & iudicia bona quae faciat, & vivat in eis, alia non bona, in quibus non vivent, ait, ut alia ab alijs, ut bona clare discernamus a non bonis. Recurramus ad tempora, vel ad ordinem ipsorum, quomodo & quibus causis intercurrentibus tam differentia praecepta dederit. Veneras ad montem Oreb, & locutus est per Mosen, praecpta vtiq[ue] bona. Non habebis (inquiens) deos alienos coram me, &c. vtiq[ue] ad id. Non inibis cum gentibus secundus, nec cum diis eorum. Intercedum cum Mose loqueretur, fecerunt sibi vitulum confitilem, & adorauerunt, atq[ue] hostias immolauerunt. Eatenus Mosen populo non velata facie bona & viralia dei praecepta dederat. Deinde sub introeunte reatu vituli, faciem eius velari oportuit, quando loquebatur ad populum, & quae praecepta dedit, ex tunc praecepta bona non sunt, in quibus non vivunt, ut sunt h[ab]e[re] mundis & immundis animalibus, de lepra corporum, de lepra vestimentorum, & de lepra dorsorum, & cetera eiusmodi, qualium vtiq[ue] litera occidit, spiritus autem viuiscat nunc reuelata facie Moysi. H[ab]et idcirco nunc dicta sunt, ut constet rationabiliter in doctrina apostolica superflua

LIBER X.

FOL. 56.

Superflua duci disputationes propter ciborum differentias, quia videlicet manifeste sicut iam dictum est, precepta huiusmodi non bona fuisse deus ipse afferit, quorum causa ut darentur, precedens praevaricatio fuit, & cetera.

Septem fratres Machabaeos precepit venerabiles ejus, quod resurrectionem mortuorum aperte confessi sunt.

CAP. XXXII.

De p[ro]p[ter] martyribus sermo habitus ita claudatur, ut venerabiles nobis illos in euangelio Christi carceris arbitremur. Quam ob causam quia videlicet in passionibus suis, ubi pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & grauissimis suppliciis subdidierunt, beat[us] resurrectio nisi fidem & spem sonora voce confessi & testificati sunt. Tu quidem scelissime, ait unus ex illis, in praesenti vita nos perdis, sed rex mundi defunctorum nos pro suis legibus in aeternis vite resurrectione suscitabit. Alius linguam ut praecideretur posulatus, & manus constanter proferens & extendens, eccl[esi]o (inquit) ista polloideo, sed proper dei leges n[on]c hec ipsa delicio, quoniam ab ipso me ea receptum spiro. Deinde sequens, cu[m] vexaretur, iamq[ue] esset propinquus ad mortem, potius (inquit) est ab hominibus morti datos spem expectare a deo iterum ab ipso resuscitando. Tibi enim resurrectio ad vitam non erit. Mater quoq[ue] ipsorum martyr & plus quam martyr, quae pereunte leprosi sub vnius diei tempore conficiens, bono animo ferebat proper spem, quam in domino habebat, adhortans illos. Mundi creator, inquit inter cetera, qui formauit hominis natuitatem, quicq[ue] inuenit omnium originem, & spem vobis iterum cum misericordia reddet & vitam. Et inclinatus ad illum, qui residuus erat filiorum, nouissimum, inter cetera Dignus (inquit) fratribus tuis effectus suscipe mortem, ut in illa miseratione te cum fratribus tuis recipias. Nobis igitur quoru[m] sicuti summa resurrectio mortuoru[m] est per Iesum Christum, non abs te inter omnes sanctos veteris testamenti isti venerandi sunt, qui in suis pretiosis mortibus, tam pius atq[ue] clarum sancte resurrectionis testimonium cecinerunt,

NON LIBRI FINIS.

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER DECIMVS.

Sanctos per fidem vice regna.

CAPVT I.

SANCTI (inquit Apostolus) per fidem vicegerunt regna, operati sunt iusticiam, adepti sunt reprobationes. Obtulerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii, conualerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, casta verterunt exterorum. In sancto victorum eiusmodi concilio, in fortium talium exercitu inclito libenter apicimus bellatores Machabaeos, Iudam & fratribus eius ac socios, quorum bellica virtus, quorum labores & certamina gloria Christum saluarem nobis quodammodo pepererunt, qui gentem suam, de qua Christus nasciturus erat, & natus est, cum eam gentes detinere vellent magnanimiter defendenterunt, & illud iam dictum draconis caput quintum in rege Antiocho, eiusq[ue] ducibus viriliter percusserunt verbo dei, verbo deo cooperante laboribus ipsorum, ut ille impius rex, sicut de illo ad Danielem fuerat predictum, sine manu contereretur. Iti sunt parvulum illud auxilium, quod iam praevium atq[ue] promissum fuerat, dicendo. Cumq[ue] corruerint, subauditur, de populo plurimi, subleuabantur auxilio parvulo. Nam si respicias multitudinem aduteriariorum, si recognites milia castrorum hostilium, quid vel quantum erat Matathias de vico vel monte Modyn, cu[m] quinque filiis & aliquot cognatis, & illis qui permanerant in Iudaismo popularibus suis. Reuera secundum numerum suum, parvulum suere auxilium, sed secundum fidem suam & dei misericordiam, maximum sibi & omni seculo pepererunt adiutorium.

Sanctos egentes, angustiatos, afflictos, in soliditudinibus errasse in montibus.

CAPVT II.

QVI vocationem habet ex deo, quae videlicet vocatione docet nos de omnibus, ait Iohannes Apostolus. Ipse congregiscere didicit, & congregisces illis. Quia mala multa sunt experti egentes, angustiati, afflicti, in soliditudinibus errantes in montibus, & in speluncis, & in caveris terre. Vna die vtiq[ue] ad mille animas hominum in deserto interficiunt in die sabbatorum, eo quod verebantur propter religionem & obseruantiam manu sibi auxilium ferre. Moriamur, dixerunt, in simplicitate nostra, & testes erunt super nos celum & terram, quod inservi perditis nos. Sed quid sequitur. Et dixit vir proximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri

1. Macha. 2.

K ij fecerunt

fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris; citius disperderent nos à terra, & cogitauerunt die illa, dicentes. Omnis homo quicunque venerit ad nos in die sabbatorum, pugnabit aduersus eum, & non moriemur omnes, si et mortui sunt fratres nostri in occulis. Et haec tenus (inquit Iosephus) permanet nobis consuetudo pugnandi, etiam si tali die bella confurgant. Igitur qui (vt iam dictum est) vunctionem habet ex deo, & quem vinctio eius doceat de omnibus, ipse fecit, ipse intelligit, ipse in statu rationis appendit, multum in istis experimentum posse ostendit dictum Apostoli, dicentes. Egentes, angustiati, afflitti, in solitudinibus errantes, in montibus & in speluncis, & in cauernis terræ. Et ista perpendens grates profundas agit afflita etiorum fidei. Quia veraciter in doloribus pepererunt nobis, parturient animæ illorum omni seculo æternæ fructus salutis, natiuitatem Iesu Christi veri & æterni salvatoris. Non dicimus, nec dicere possumus vel afferere, quod omnes illi cuiusque sexus vel ætatis tali tempestate trucidari, scientiam habuerint, vel habere potuerint, tanta spei, tanta expectationis in promissione, quæ dicta est ad Abraham beatissimi vœtu Iesu Christi, sed hoc admirarum in laude verbi dei, in firmamento propositi dei, quod multis etiam nescientibus amore præcordialiter infudit conseruando generis sui, atq; defendendi, de quo nasci oportebat salutem generis humani, Christum dei filii secundum promissionem veritatem, promissionem veritatis. Qui datus verax est. Et clamabat ad eum humilitas peccatorum per os David. Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Galat. 3.

Psal. 30.

CAP. III.

Quid de lætitia magna dicam, que facta est in populo de emundatione ac renouatione templi, quod contaminatum steterat per tres annos? Nam lætitia quam magna fuerit eorum in hymnis & confessionibus benedictum dominum, Iosephus quoque refatur. Ab illo (inquiens) tempore per octo dies hanc renouationis templi festivitatem celebramus, vocantes eam lumina, eo quod præter spem hoc nobis splendidum lumen colendæ religionis apparuit. Quis nisi deus mensis eorum tantum nominis sui infudit amorem, ut recuperationem loci, in quo nomen eius inuocaretur, tanta lætitia concelebratur, tamq; luminosam ducent, & per singulos annos octo diebus, quod euentus non siebat, celebrandam decernerent? Siquidem Salomon octo quidem diebus dedicationem celebravit, & in die octauo dimisit populum. Sed non est scriptum, quod totidem, id est, octo diebus constituerit per singulos annos dedicacionis eiusdem festivitatem. Igitur & hoc in laude magna deo est ascribendum, cuius in manu suni corda sitorum hominum, qui promissionis suæ memor, ut eam adimpleret, mittendo in plenitudinem temporis filium suum verbum suum egit infundendo desiderium, egit impendo auxilium, quatenus gens ipsa, de qua promissione adimpleri oportebat semetipsam defendenter, & locum.

Quam sedulo flagitauerit Chuno, ut proœmium. ij. Machabœorum, interpretaretur, idq; se iam facturum.

CAPVT. IV.

Iudeus, id cœfessor

Nunc ad illud (quod efflagitasti), & instanter exigis Chuno amicorum mureculas aureas facientem sponsæ, & dilectæ regis æterni valde familiaris) sermo præfens sele intendit, scilicet ad elucidandum quod possibile erit, & deus donabit scripturam, quæ secundum Machabœorum librum quasi prologus vel proœmium præcedit. Vno eodemq; tractatu diligens animus vtruncq; efficere gesuit, scilicet & magnitudinem dignitatem eius, cuius iam breuerit memini, declarare lætitia pro renouatione templi, & scripturam aliquatenus elucideare iam dicti proœmij. Denique maxime circa illam renouationis templi lætitiam scriptura illa versatur, talem habens intentionem, ut omnia omnino vbiq; sit Iudeus, vbiq; sit confessor verus, qui & nomine & re sit confessor, quod sua interpretatione signat hoc nomen, quod est Iudeus, de illa templi reparacione gratuletur, corde magno, & animo volente, adaperio corde in lege dei, & in præceptis eius. Et reuera si causam, quam præ manus habemus, attedat Iudeus, si magnum dei negotium, quod propter implendas promissiones suas deus habeat et hominibus, consideret, dei confessor verus causam habet, cur gratuletur, cur templū illud Machabœorum laboribus reparatum fuisse hæretur, siueque voces admiscent illorum vocibus deum benedicendo in hymnis & confessionibus. Quod hodie quoque sanctam ecclesiam Christi per totum orbem sacre non ignoramus, vbiq; inuocatur nomen domini vbiq; dedicatum est, vel dedicatur altare, vel templum nomini domini, illuc sitorum & memorabilium Machabœorum simili redolet memoria & floret, & voces animarum illorum salutem nobis æternam parturient chorus ecclesias consonat celebrat, celebrat consonanter. Igitur ad magnificandam rem tam gratiosam, tam gloriosam, secundum illud proœmium procedendum est. Et si minus quam petis vel optas elucidando illud factum fuerit, meæ non negligere, sed impossibilitati recte deputabis.

Organum cum multis Iudeis ad Aegyptum profectu fuisse, ibi q; templū adificasse. Cap. V.

In pri-

In primis dicendum, cur Iudei, vel ex quo tunc essent per Aegyptum, ad quos sic incipit. Fratribus qui sunt per Aegyptum Iudeis salutem dicunt. Fratres qui sunt Hierosolimis Iudei, & qui in regione Iudea, & pacem bonam. Anno centesimo quadragesimo nono regni Græcorum, rex Antiochus Menelaum interfecerat fratrem Onyx minorem, cui pater eiusdem Antiochi summum sacerdotium contulerat. Tres quippe fuerant filii Simonis pontificis, videlicet Onyas, qui patri in pontificatu successit, quemq; Andronicus interfecit, & Iesus & alter Onyas, quorum Iesus Ialonem, Onyas vero Menelaum se appellari fecit, ambo Græcis non minus delectari, ritumque gentilem se imitari velle professi. De Onya filio parvulus relictus fuerat, dictus & ipse Onyas. Cumq; Onyas (ve iā dictū est) ab Andronico interfecitus fuisse, trius eius iam dicto Iasoni Antiochus Epiphanes pontificatum tradiderat, sed rursus sibi sublatum honorem Menelao contulerat. Mortuo Antiocho cum successisse fisi filius equiuocus, interfecit eundem Menelao, suggesterat Lysia, causam hunc esse omnium malorum. Filius autem pontificis Onyx, de quo prædiximus, qui defuncto patre adhuc puerulus fuerat derelictus. Videns (inquit Iosephus) quod patrum suum Menelao rex interfecisset, & principatum sacerdotij Alchimo dedisset, non existente de genere sacerdotiorum, flexus à Lysia ut transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum, fugit ad Ptolomæum regem Aegypti, & honorem meruit ab ipso, & vxore eius Cleopatra, locumq; periit in regione Heliopolitana, ubi simile Hierosolymorum edificaret templum. Templum illud permanxit vltque ad imperium Vespasiani annis ducentis quinquaginta. Ipsa autem vrbs quæ vocabatur Onyx, postea dimicantibus aduersum Romanos Iudeis, ad solum vltque deleta est, & neque vrbis, neque templi testat vestigium. Sub occasione igitur Onyx pontificis infinita examina Iudeorum ad Aegyptum convergerunt. Assecrare enim Onyas, se Eliae implere vaticinium scribentis, Erit altare domino in medio terræ Aegypti, & titulus domini iuxta terminum eius. Sed & antea non parua Iudeorum multitudo in Aegyptum descendebat. Siquidem Ptolomæus filius Lagi multos captivos à montanis Iudeis, vel à vicinis locis Hierosolymorum trahens, ad Aegyptum commisit, quos videlicet Iudeos Ptolomæus Philadelphus, qui iam dicto Ptolomæo Lagi filio successit, famulantes in Aegypto se frustris yinculo resoluit vltque ad centum viginti milia, sicut Iosephus commemorat.

Quoties & quibus temporibus Iudei Hierosolymis scripserint fratribus in Aegypto.

CAPVT. VI.

Erant itaque Iudei per Aegyptum, & ad illos Iudei qui erant Hierosolymis, & qui in regione Iudea scripserunt anno serè centesimono. Postquam Menelao (ve iā dictum est) interfecit, & Alchimo pontificatum adepto, iunior Onyas cum infinita multitudine Iudeorum conseruit in Aegyptum. Siquidem anno centesimo quadragesimonono regni Græcorum constat Antiochus Eupatorem interfecisse Menelao. Anno autem centesimo octogesimo-octavo, populus qui est Hierosolymis ait. Haec scriptura his qui in Aegypto sunt Iudeis salutem & sanitatem. Veruntamen & illud attendere causa poscit, quia coniuncta vel cotinua narratione legitimus. Regnante Demetrio anno centesimo & sexagesimonono, nos Iudei scripsimus vobis in tribulatione, & impetu qui superuenit nobis in istis annis. Ex quo recessit Iason a sancta terra & regno, portas succederunt, & effuderunt sanguinem innocentem, & orauimus ad dominum, & exaudiens sumus, & obtulimus sacrificium & simulacrum, & accendimus lucernas, & propositum panes. Et non frequenter dies Scenopiegis mensis Casleu. Anno centesimo & octogesimo-octavo populus qui est Hierosolymis & in Iudea, senatusq; & Iudas, Aristobulo magistro Ptolomæi regis, qui est de genere Christorum sacerdoti, & his qui in Aegypto sunt Iudei, salutem & sanitatem. De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias agimus ipsi, vt pote qui aduersus tales regem dimicauimus, & cetera. Manifeste præfens textus literæ demōstrat, quia fratribus qui erant per Aegyptum, nō tantum semel, sed bis scripserunt fratres Iudei, qui erant Hierosolymis & in Iudea, & inter vtruncq; scriptum, tempus interfuit ferme decem & octo annorum. Simil & hoc sciendum, quia regnante Demetrio, annus centesimus & sexagesimus nonus, quo primis scripserunt, quartus idemq; ultimus fuit annus principatus Iona thæfræ Iudeæ. Annus autem centesimus octogesimo-octauus, quando secundo scripserunt, annus fuit vndeclimus post mortem Simonis fratri etiudem Iona thæ fuit Iudeæ, quem videlicet Simonem interfecit per insidias gener ipsius Ptolomæus filius Abobi. His ita se habentibus claret, quis ille Antiochus fuerit, de cuius interitu graculantis, narrantes qualiter in Perife ceciderit, quod videlicet i fuerit Antiochus filius Demetrij, qui & persecutus est Trionem impium, & vicerit, sed & Iudeos in multis afflixit, & Simone adhuc viuente & post Simonem filio eius Hircano principatum habente.

Materiam, intentionem, & utilitatem prologi, secundo Machabœorum se prosequiturur.

CAPVT. VII.

K iii Hic iam

2. Macha. I.

Hic iam ut aliquatenus ad deuotissimam exactiōem tuam assurgere possim, qua cupis & petis, ut litera seriem, quae subobscura videtur, tibi eludet sermo intentus arcip̄filius in verbo dei. Descendere libet ad illū quod quondam audiuius inter scholares parvū, vbi lectiōēm suscipientes, materiam, intentionem, arcip̄filitatem proponere magistri solent auditoribus suis. Materiam quippe, intentionem, arcip̄filitatem hujus processus operæ precium est distinctio expedire capitulis, vt tali ordine aliquatenus elucescat, quid in ista litera dicat spiritus ille, qui in omni scriptura diuinitatis inspirata præfens est, & loquitur ex cœlo. Existimo, quod materia, intentionem, arcip̄filitatem scripturæ huius quālibet brevis tales sint, vt à sapientibus dignæ debeant audiri, à sapientibus, qui non sunt sapientes in oculis suis, imo qui ut sapientes sunt, sicut dignatur fieri, id est, discipuli esse priuilegiati magistrorum. Hæc igitur tria quæ proposimus, distiū simul arcip̄filius audiri, primū materiam quārimus vel ponimus, circa quam maxime versatur scriptura secundi huius Machabœorum libri.

Quæ fuerit materia, sive argumentum eius prologi.

CAP. VIII.

a. Macha. 14. **I**nspice, quia tota scriptura libri huius circa dei legem, & maximè circa templū domini versatur, quod tunc in toto orbe terrarum nomini domini dedicatum, solum & unicum habebatur. Principium narrationis est de Heliodoro, & gratiæ custodia, qualiter omnino impossibile fuerit eos decipi, qui crediderant loco & templo, quod per vniuersum mundum pro sui veneratione & sanctitate venerabatur. Finis autem in templo est, vbi Nicanor, qui extendens manum ad templum surauit. Nisi mili viñctum Iudam tradideritis, istud dei phanum in placis deducam, & altare effodiā, & templum hoc Libero patri consecrabo. Atque hic dicit abīt, pugnamque commisit Nicanor, in qua dux ipse primus in bello cecidit, omnesque communis consilio decreuerunt, nullo modo diem istam absque celebitate præterire. Habere autem celebratorem terciadecima die mensis Adar, quod dicitur voce Syria, pridie Mardchæ die. Porro media libri eiusdem hoc habent, quia dia templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem de purgationem fieri, vice prima & quinta mensis, qui fuit Cœlœ, & cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes quod ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in montibus & speluncis more bestiarum ergerant, propter quod Thyrlos & ramos virides præferabant ei, qui prosperauit mundari locum suum. Et decreuerunt communis præcepto & decreto vniuersæ genti Iudeorum, omnibus annis agere dies istos. Iti sunt dies scœnophégia, de quibus fratres sive Iudei, & qui in regione Iudea, scriperunt semel & iterum (sicut iam dictum est) Iudei, qui erant per Aegyptum, dicentes. Et nunc frequenter dies scœnophégia, dicentes (inquam) secunda vice. Facturi itaque vice prima & quinta mensis Cœlœ purificationem templi, necessarium duximus vobis indicare, ut vos quoque agatis diem scœnophégia, atque subiungentes, & diem ignis qui datus est, quando Nehemias ædificato templo & altari, oblitus sacrificium. De diebus istis postmodum repentes dicemus. Nunc illud prius dicere vñsum est, quod scriptura libri materiam habet templum illud, & sancta quæ erant Hierosolymis, pro quibus pugnauerunt Machabæi. Unde non mirum, quod non ultra scripturæ vel libri huius textus processit, quād ad illam rē gestam de interitu Iudei Nicanore, qui templum illud extensa manu rufus contaminare iurauerat & consecrare Libero patri, quia videlicet post interitum eius, quamvis multa Iudei & fratribus eius prælia fuerint, non tamen circa templum tale quid contigit, qualia & in principio, & in međio, & in fine continentur huius libri.

Quæ fuerit intentio eiusdem prologi.

CAP. IX.

De intentione iam discendum est. Intentio scripturæ huius est, templum illud quod erat Hierosolymis sanctu ac legitimū afferere, ac domino placitū. Et illi suffit locū orationis solum, quem deus elegit, in quo illi oportaret sacrificari. Causa postulabat tunc scribere illis, qui per Aegyptum erant Iudei cum intentione huiusmodi. Siquidem Onyx (vi supra iam dictum est) fugiens in Aegyptum ad Ptolomeum Philometorem, volens memoriam & gloriā aeternam sui relinqueret, petiuit a Ptolomeo rege & regina Cleopatra licentiam, quatenus templum ædificaret in Aegyptio simile Hierosolymorum, & hoc imperato atque præatio, leuitas atque sacerdotes de genere suo constitueret, confidens in propria Eſaiæ, qui ante ducentos annos prædixerat, quod altare domini deberet esse in terra Aegypti. De illo templo contingerat seditiones excitari inter Iudeos, qui erant in regione Iudea, & eos qui per Aegyptum, & ante Onyx, & cum Onyx discesserant, alii captiui (sicut iam supra dictum est) abducti, alii sponte opulentia locoru & Ptolomei munificencia invitati. Samaritæ quoque temporibus Alexandri Macedonis, templū super Garizim montem construxerant, auditoribus Sanaballat satrapa & genero eius Manasse fratre Iaddi pótificis Hierosolymitanæ, sicut Iosephus plenius scribit. Contingebat ergo præpter tempora seditiones excitari, ita ut corā regibus quoque certarent, dicentes

dicensibus Iudeis de regione Iudea, secundum legem Moysi templum se construxisse in Hierosolymis, Samaritani in Garizim. Porro, hi qui per Aegyptum erant, sum defendebat, vel pretere contendeant templum, quasi testimonio propheticæ authoritatis, nimirum male incollecta verbi veritate, longè facti à sensu vel sententia tantæ prophetæ. Causa igitur (sicut iam dictum est) postulabat, ut scriberent Iudeis, qui erant per Aegyptum, de his quæ circa templū in Hierosolymis manifesta dei virtute facta sunt, hanc habentes intentionem, quatenus constaret, templum illud sicut antiquum, ita & solum esse legitimum. Tempa autem cætera sunt in Garizim, sive in Aegyptio per prævaricationem esse constructa, testante Danielis visione propheticæ, qua dictum est. Filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur, ut implant visionem, & corruant. Onyx quippe & qui cum eo fuerunt, significat, quos idcirco filios prævaricatorum dicit, quia legem domini reliquerunt, volentes in alio loco, præterquam iustum erat, deo vñstimas immolare. Extollentur (ait) in superbiam & visionem, hoc est, propheticam veritatem se implere factabunt.

Solam templum Hierosolymitanum legitimum fuisse, propter promissiones dei illuc adimplendas.

CAP. X.

In huiusmodi conventionibus utile fuit superare Iudeos, qui erat in regione Iudea, & permanere sanctum illud templum, quod erat in Hierosolymis propter veritatem dei, ad confirmationes de aduentu Christi filij dei, testificatis ex lege & prophetis, ut est illud, Quia de Sion exhibet lex, & verbum domini de Hierusalem. Causa ista cœla finalis, & utilitas magna semper debet esse in oculis in conspectu cordis nostri, & tunc quæstione non indigebit. Quid profuerit, vel quid utilitas plus habuerit, tunc temporis adorare deum in Hierosolymis, quam in monte Garizim. In monte Sion, quam in Heliopoli. In Iudea, quam in Aegypto, In templo posteriorum David fidelis, quam in templo Onyx prævaricatoris, nondum erat, ut dicerebant. Venit hora, quando neq; in monte Garizim, neq; in Hierosolymis adorabit ipsa Joh. 4. trem, sed in spiritu & veritate, quia nondum venerat salus, quæ ex Iudeis est, & tamdiu stare oportebat templum illud, donec salus ista veniret, donec ad illud templum suum Christus à suis parentibus deseretur, cum oblationibus hostiarum, quas præcepit lex, luxta illud Malachia prophetæ. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & Malach. 3. angelus testamenti, quem vos vultis.

Quæ ratione salutationis loco scriptum sit. Adaperiat cor vestrum in lege sua.

CAP VIT XI.

His animaduersis simili appendere potes, qualis ista salutatio sit. Beneficiat vobis deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraham, Isaac, & Iacob locutus est, seruorū suorum fidélium, & det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciat voluntatem eius in corde magno, & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Exaudiatur orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deferat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Quomodo debuit fraterna charitas, ita salutavit, & impetrata est fratribus suis Iudeis, quorum vtique cor non fuerat adaptum in lege & in præceptis domini, dicens. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Si enim cor adaptum habuissent in lege & in præceptis domini, nequam fecissent, quod erat contra legem & contra præceptum domini, vt ædificaret templum, & altare in terra Aegypti, clauso corde & auribus male adaperit ad illam Eſaiæ prophetiam. Et erit altare domini in medio terræ Aegypti. Hoc namque faciendo prævaricatores constituunt legis & præceptorum domini, secundum supra memoratam prophetiam Danielis, qua dictuuerat. Filii quoque prævaricatorum populi rui extollentur, ut implant visionem, & corruant. Idcirco dicunt. Et reconcilietur vobis, & nunc hic sumus orantes pro vobis, subaudiendum est, quia prævaricatores vel filii prævaricatorum estis, faciendo vel habendo templum in terra Aegypti, quale dominus per Eſaiam non mandauit, nec in cor eius ascendiit. Super hac re reconcilietur, aiunt, vobis.

Quæ fuit illa tribulatio & impetus, qui venerat super Iudeos. CAP. XII.

TAlier præmisso exordio, quo manifeste benevolentia querebatur fratribus, qui erant per Aegyptum, quatenus beneuoli, attenti, & dociles fuerint ad audiendum, sequitur narratio. Regnante Demetrio anno centesimo & sexagesimo nono, Non Iudei scripsimus vobis in tribulatione & impetu, qui superuenient nobis in istis annis, iam ante dictum est, quia illæ annis centesimus sexagesimus nonus regni Græcorum, quo se scripsisse referunt fratres Iudei de Iudea, fratribus Iudei, qui erant per Aegyptum, quartus idemque ultimus erat annus principatus Ionarchæ fratri Iudei, quando iam renovatum erat templum, atque emundatum à contaminatione, quia illi contaminauerat gentes, arcis defensum ab impio Nicanore, qui rufus illud contaminare voluerat, iurans arcip̄filius dicens. Quia nisi mili viñctum Iudam tradideritis, istud dei

K iii phanum

Danie. II.

Mach. 14.

RUPER. ABBATIS TUTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

phanum in planicie dederam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Illo blasphemico Nicanore perempto, & deo cœli collaudato, qui locum suum incontaminatum conseruauit, habitoq; communis confilio atq; decreto, vt nullo modo dies illa ab ipso annua celebitate pertranseat. Nos (inquit Iudeus) scripsimus vobis, qui & ipsi debetis esse Iudei, non solum gente, sed fide Abrahæ, atq; fidelis David, ad quos reprobatio facta, & confirmata est in 2. Mach. 1. loco quem deus elegit, hoc est Hierosolymis. Scripsimus (inquam) vobis in tribulacione & impetu quo superuenient nobis in istis annis. Quæ fuit illa tribulatio, vel quis fuit ille impetus? Ex quo recessit Iason à sancta terra & regno, portas succenderant, & effuderunt sanguinem innocentem, sicut iam longè superiorius diximus. Hoc fuit initium dolorum, quod Iason, qui & Iesus dicitur fuerat patrio nomine, frater Onyx pontificis, quem Andronicus rogaru Menelai interfecit. Iason, inquit, impius, & non faceret, sed ab impio rege fratri contra fas superpositus à sancta terra recessit. Quomodo recessit? Primum mente volens, deinde etiam corpore inuitus ac 2. Mach. 4 profugus. Cum enim illi rex ambienti, & pecunias promittentis anniisset, & obtinuissest principatum, statim ad gentiles ritum contribubles suos transferre coepit, ita incipiens, nimis ruita mente à terra sancta & regno recessit. Deinde cum in malis proficiens, multas ciuium strages dedisset, sinens insidiarum suarum confusionem copit, & profugus abiit in Amanitem regionem. Ad ultimum in exitium omnibus odiosus, vt refusa legum & exercrabili, vt patri & ciuium hostis, in Aegyptum extritus, atq; inde Lacedæmonas profectus, tandem abiectus est inlepus. Ex quo, inquit, talis ille recessit, portas succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem. Ante recessum autem vel apostasiam eius sancta ciuitas in omni pace habitabatur, & ipsi reges & principes locum summo honore dignum dueabant, & templum maximis muniberibus illustrabant.

MQuare Iudeam, terram sanctam appellarent.

CAP. XIII.

Emoriter tenendum illud, quod iam supra diximus, totam libri vel scripturæ huius se- 2. Mach. 1. riem spectare atque intendere ad Hierosolymam ciuitatem venerationem templi, quod erat in ea dignitatem & honorem singularem. Simulq; causa scienda, quam itidem supra diximus, quia mouebant eos tempora, contra legem facta, vbi eis non debebant, ad illius templi similitudinem. Templum illud sanctum, sacrificia illo in templo celebrata, sancta esse & legitima, ciuitatem Hierusalem sanctam esse, vbiq; scriptura libri huius tota intentione declarat, vt dignum est, videlicet ad defrundandam templorum adulterorum fiduciam, quorum alterum in monte Garizim, alterum in Aegypto fuerat aedificatum. Hac re animaduera, non miraberis, cum sanctam terram dicant, hoc modo, ex quo recessit Iason à sancta terra. Deinde cum subiungunt, Et orauimus ad dominum, & exaudi nos, & obtulimus sacrificium, similaginem, & accendimus lucernas, & propoluimus panes. Cuncta hæc dicta sic recte accipimus, tanquam firmissimas defensiones priuilegii legitimæ pro templo iam dicto quod erat Hierosolymis. Quod ipsis, qui templo illi deseruerant, fuerit, vel esse debuerit sacrificia offerre, panes propone, & hæc faciendo exaudire illi, non in templo montis Garizim, non in templo Heliopoleos, que tempora erant emulationalis.

Quomodo intelligendum sit, frequentate dies scænophégiae mensis Casleu.

CAPVT. XIV.

Amplius autem hoc spectat id quod sequitur. Et nunc frequentate dies scænophégiae mensis Casleu. Scænophégia festivitas tabernaculorum erat, & hæc celebrabant ab illo populo mense septimo, qui apud illos Theser, apud nos October dicitur. Considerandum ergo, quomodo dicant, frequentate dies scænophégiae, subiungentes mensis Casleu, qui apud illos est mensis nonius, videlicet ab Aprili, apud Romanos autem December dicitur, eo quod a Marti lit decimus. Aliam sine dubio scænophégiam illis inducent præter illam, quam ex quo lex data est, celebrare conふerant, vt videlicet dum ipsi in mense Calleu encænia faciunt in Hierosolymis, id est, solennia dedicationis vel purificationis templi. Celebrent etiam illi per Aegyptum purificationem eandem, non sicut encænia, quæ ad templum utique illorum non pertinent, sed sicut scænophégiam. Ponamus iam huius rei de scriptura ipsa documentum. Qua die autem (inquit) templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificandum fieri vicefimo & quinto mensis Casleu. Et cum letitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes, quod ante modicum temporis diem solemnum tabernaculorum in montibus & speluncis more bestiarum egerant. Proprius quod Thyrlos & ramos virides & palmas præferabant ei, qui prosperavit mundare locum suum. Et decreuerunt communis præcepto & decreto vniuersitatem genti Iudeorum, omnibus annis agere dies istos. Manifeste dicit, quia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, causamque reddit, cur non in modum præcisæ dedicationis, quam fecit Salomon, sed in modum egerint tabernaculorum, quæ festiuitas agebatur (vt iam dictum est) mense septimo proprius aliæ rationem. Quæ illa

Scænophégia.

Casleu
quid.

2. Mach. 10

LIBER X.

Pol. 59.

Quæ illa causa est? Recordantes, ait, quod ante temporis diem solemnum tabernaculorum in montibus & speluncis more bestiarum egerint. Claret igitur quid dicant. Et nunc frequentate 2. Mach. 2. dies scænophégiae mensis Casleu. Idem enim est, ac si dicant. In modum scænophégiae, id est, festiuitates tabernaculorum, quæ ex causa antiquæ mense septimo celebrabatur, celebrare mensa non istam quoq; festiuitatem purificationis templi, quæ inde purificatio dicitur, quia contaminatum fuerat templum ab alienigenis. Machabeus autem & qui cum illo erant, domino 2. Mach. 10. protegente, templum quidem & ciuitatem receperit, aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemq; delubra demolitus est, & purgato templo, aliud altare fecerunt, & obtulerunt sacrificia, & incensum, & lucernas, & panes propositionis posuerunt.

Quod semel & iterum eisdem de causis scripserint, & quod admonitio secunda antea rior quam prima sit.

CAP. XV.

Secundum commune præceptum & decretum, quod decreuerat vniuersitatem genti Iudeorum omnibus annis agere dies istos, scripserunt fratribus Iudeis, qui erant per Aegyptum semel & iterum. Scilicet primum annum centelimo sexagesimo nono, deinde anno centelimo octogesimo octavo, per hoc quod semel & iterum scripserunt annis decem & nouem inter vrasq; vires interiectis, illud datur intelligi, quod ad primam vicem non obtemperauerint, vt pote qui templum alius habentes, quod (ut supra dictum est) secundum Esaiæ vaticinii, se confirxisse fastabant, templum illud quod erat Hierosolymis, non ad se pertinere volebant, atq; idcirco festiuitatem dedicationis vel purificationis illius suscipere decretabant. Proinde notandum, quod prima ad monitione sequens aliquantulus acrior sit. Nam prima vice salutario tam dulcis est, vt animaduertiri potest per id quod dicunt fratribus Iudeis fratres Iudei, & benefaciat vobis deus, & meminerit testamenti sui &c. In secunda vero fraterni nominis deest dulcedo, Dicuntq; populus qui est Hierosolymis & in Iudea, adiecto qualis cum supercello, senatus & Iudas Aristobolo magister Ptolomei regis, qui est de genere christorum, sacerdotum, & his qui in Aegyptio sunt Iudeis. Nomen quippe senatus iudicialis intentionis est lignum. Porro quis ille Iudas fuerit, non facile ex historiis potest agnosciri, nisi forte ille sit Iudas Elæus genere, qui sub illis temporibus existit, qui (ut ait Iosephus) nunquam in his quæ praeditus mentitus est. Similiter quis iste Aristobulus magister Ptolomei fuerit, non facile reperitur ex historijs, nisi quod eum dicunt, qui est de genere christorum sacerdotum quempiam significantissime de posteris vel cognatis. Onyx supra memorat, qui cum esset filius Simonis pontificis, quasi auctoritate pontificis cum patrocinio prophetici præconij nimis nimur male intellecti, templum aedicauerat in terra Aegypti. Aristobulus iste aliquis erat ex illius Onyx cognatis vel posteris, eratq; magister Ptolomei regis Philometoris. Nec mirum, hominem Iudeum dici magistrum regis Aegypti, quia videlicet à diëbus Ptolomei Philadelphi, qui legem per septuaginta interpretes sibi fecit interpretari, magistros Iudeos habere consueverant reges Aegypti.

Eadem ratione sanctam ciuitatem qua terram sanctam esse appellat. CAP. XVI.

DE magnis, inquit, periculis a deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi, vt pote qui aduersus talen regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de Perfidis eos, qui pugnauerunt contra sanctam ciuitatem. Vide quomodo secundum intentionem (quam diximus) procedant dicta venerabilitas, sanctam terram, sanctam ciuitatem pronunciata, qui videlicet pulchri sermonis ornatus ab huiusmodi principio usque ad finem ferè per omne libri corpus servatur, sine dubio contra emulaciones illorum, qui alibi contra legem volebant habere templum vel sanctam ciuitatum, libenter accipimus fusile sanctam terram, sanctam ciuitatem, sanctum locum. Nimis propter eum, qui non aliunde, sed inde venturus erat sanctum sanctorum, iam superius diximus, qd ille fuerit rex Antiochus, nec rursus dicere pigrer, quia ipse fuit, de quo circasinem primi Machabæorum libri narratio copta, sed non conlummatum est, quod modo contra Simonem & contra Iohannem Hiricanum multa mala gesserit, quis ut Iosephus narrat, eundem Hiricanum in ciuitate inclusum septem aciebus circundederit, eosq; vehementer affixerit. Qualiter iste interierit, hic scripture locus manifestius exprimit. Quia tamen in Peride esse dux ipse, & cum ipso immensus exercitus eccecidit in templo Nanæ, concilio deceperus sacerdotis Nanæ. Per omnia, inquit, benedictus deus qui tradidit impios. Ita quoque gratulatio de impiorum interitu ad commendationem spectat loci sancti, & eius cuius in Aegypto similitudinem fecerat templi dei, quod verò solum illud sanctum deberet haberi, in quo rotu apparuerit manifesta quedam de virtus, vindictas exigens de his quicunque in honore sicut illud. & quamvis propter peccata inhabitantium interdum accidenter circa loci despectio, non tamen impunè abirent quicunque despectu locum habuissent.

CAP. XVII.

Narratio de igne, qui datum est, inquit, quando Nehemias adificato templo & altari obtulit sacrificia, satis manifesta est, meliusq; placet si lectoris memorie nō desit causa vel intentio,

intentio, quam diximus scilicet haec omnia tendere ad defendendū priuilegium, ad testificandam dignitatem singularem sancte ciuitatis & templi, cuius ad similitudinem factum fuerat, quod fieri non debuerat templum in terra Aegypti. Ignis namq; qui taliter datus est, magnū & memorabile illi templo legitimā sanctitatis testimonium est. Et quidem narratio (sic ut iam diximus) manifesta est, verantamen propter simpliciores de ipso igne altaris aliquid dicendum est.

Qualis ille ignis fuit.

Ignis, inquit dominus ad Moysen, in altari semper ardebit, quem nutriri sacerdos, subiectis ligna per singulos dies. Et in ipso holocausto desuper, adolebit adipes pacificorum. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficit in altari. Vnde autem iste ignis tam diligenter nutritius, non alterius, sed sacerdotis cura & diligentia, ne deficeret custodiendus fuerat datum sive acceptus? Ab ipso domino nimis magno & eudenti miraculo. Vncto namq; tabernaculo, sicut quoq; sacerdotij atq; sacrificiorum iuxta praeciptum domini ordinato. Hoc (inquit Moys) dominus apparbitur vobis. Item, Facite & apparebit vobis gloria eius. Subinde sequitur, Ingressi autem Moys & Aaron tabernacula testimonij, & deinceps egressi benedixerūt populo, apparuuntq; gloria domini omni multitudini, & ecce ignis egressus a domino deuorauit holocaustum & adipes, qui erant super altare. Hoc cum vidissent, turbas laudauerūt dominum ruentes in facies suas. Dignus igitur ignis quem sacerdos nutrit, quicq; de altari deficeret nunquam deberet, & dignus locus, dignum templum, sanctumq; altare, quod tanti priuilegiū munus haberet, quale vtricq; in illo templo emulo Aegypti, nec fuit nec esse debuit. Illud obseruari potuit, vt nunquam deficeret ignis in altari usq; ad tempora Babylonie captiuitatis, quia videlicet quantumcunque tempestates etenus exurrexerint, non tanta fuerunt, vt necellariō extingueretur ille ignis. Nec enim ante Nabuchodonosor regē Babylonis villa vsq; scriptura memorat, tale quippiam euuenisse, vt ignis ille nutritri vel custodiri non potuerit. Vbi autem & templum destrutum, & ciuitas igne Chaldaico combusta fuit, quomodo vel in quo sacerdos curare posset, ne deficeret ignis in altari. Fecerunt igitur quod potuerunt, fidem & spem habentes ad deum, secundum litera huius sensum manifestum. Cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores dei erant, acceptū ignem de altari occulēt abscondent in valle, vbi erat puteus altus siccus, & in eo conturati sum eum, ita vt omnibus ignis esset locus. Quid illorum fidei contemplatione pulchrius ignem morientē qui nutriti non poterat, qui vbi nutritur, non habebat, illi refusandum commiserunt, in quo est species resurrectionis mortuorum. Nec eos felicit spes. Quomodo?

Eadem ratione miraculum ignis, & Nehemia orationem commemorari.

C A P V T . XIX.

Cum præterisset multi anni, & placuit deo, vt mitteretur Nehemias a rege Persidis, ne portes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem, & sicut narraverunt nobis, non invenirent ignem, sed aquam crassam &c. Manifesta narratio, manifestissimū diuinæ prouisionis indicium, multumq; pertinens ad causam sæpediatam, & semper memoria tenendam, quam & pulchrè hec litera recitat, dicitur sic. Et idem ignis qui datus est, quoniam de Nehemias ædificato templo & altari, obruit sacrificia. Nec enim Nehemias templum & altare ædificauit, iam quippe illud ædificauerant dux Zorobabel & sacerdos Iesu filius Ioseph, antequam mitteretur Nehemias a rege Persidis, sed muros ciuitatis iste reædificauit. Cum igitur ita dicunt, quod Nehemias ædificato templo & altari obruit sacrificia, subaudit pro murorū peracta reædificatione, procul ubio hæc interpositio, ædificato templo & altari, commendatio est templi sæpediat, quod solū illud sanctum atq; legitimū fuerit, cuius in altari & ante Babyloniam captiuitatem ignis iste perpetuus extitit, & post captiuitatem tanto miraculo recuperatus est, quod vere inter cæteras authoritates testimoniorum, quibus templum illud sive constat illustratum, magnum atq; præclarum fuit. Quale enim fuit, ligna & sacrificia superimposita, itemq; lapides magnos aqua perfundi, magnumq; de contrario elemēto ignem accendi? Ad eandem spectat intentionem quod dicunt. Et Nehemias erat oratio hunc habens modum, Domine deus omnium creator, &c. Inter que est illud norandum. Et congrega dispercionem nostram, & constitue populum tuum in loco sancto tuo, sicut dixit Moys. Quomodo enim dixit Moys? Cum, inquit, fuerit constitutus rex, non multiplicabit sibi equos, nec reducer populum in Aegyptum, equitatus numero sublevarit, præfertim cum dominus præcepit vobis, vt nequaquam per eandem viam revertantini. Nec illi in Aegyptum fuerant reverti. Item dixit Moys, Non facient in domino deo vestro, sed ad locum quem elegere deus vester de cunctis tribibus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo, venientis & offerentis in illo loco holocausta & victimas vestras. Locus vtrique, quem elegere dominus erat Hierusalem, sicut scriptura narrat. Cūmque extendisset manum suam angelus domini super Hierusalem, vt disperderet eam, misertus est dominus, & ait angelo percutienti,

Sufficit.

Sufficit nunc, contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta aream Areuna Iebusi, Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei, Ascende, constitue domino altare in area Areuina Iebusi. At illi in Aegypto immolabat. Vide igitur, quam subtiliter, quam moderatè convenienter illos, & arguant ut legis præuaricatores, ex illa oratione Nehemias dictum ita recententes. Constitue populum in loco sancto tuo, sicut dixit Moses. Nimirum locum dei sanctum Hierosolymis esse volentes, contra cuius electionē locus in Aegypto præsumptus, sanctus ut que esse non posset. Diem illum sive sacrificii illud appellauit Nehemias Nephar, quod interpretatur purificatio, quæ alia vel alterius rationis erat, quam purificatio mensis Casleu, de qua supra diximus, quam appellabat purificatio templi. Istam vero diem ignis, qui videlicet dies, cuius mensis, quotus fuerit, non oportuit illis annunciarī, quia sciebat, & olim celebraverat.

Eadem ratione tabernaculi & arcæ commemorationem, atque excusationem factam.

C A P V T . XX.

Narrationibus tam veris, locum electum, templum sanctum atq; legitimū decertatē, non potuisse illos habere in terra Aegypto, sed haberi in Hierosolymis non nihil sibi deesse sentiebant, quia videlicet tabernaculum & arcam & altare incensi, quod fecit Moses, non habebant. Profecto æmulis ipsorum, scilicet iudeis habentibus suum in Aegypto templum, hoc videbatur, quod gloria magna trâslata fuisset a Hierosolymis, tanq; ratio nulla esset vel esse posset alia sufficiens ad commendandam vel præferendam dignitatē templi Hierosolymitan, quoniam non haberent illa insignia, tabernaculum, & arcam, & altare incensi. Super isto quasi gloria detrimētum consolantur se metropoli, sic inferendo. Inuenitur autem in descriptionibus Hieremias prophetæ, quod iustus accipere ignem eos qui transmigrabantur, vt significatum est. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum & arcam iussit propheta diuino responso ad se facti comitari secum, vñquequo exiit in montem, in quo Moses ascendit, & vidit hereditatem dei, & veniens Hieremias, inuenit ibi locum speluncæ, & tabernaculum & arcam & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit, & dixit, quod ignorus erit locus, donec congregetur deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc dominus ostendit hæc, & apparebit manifestas dominii, & nubes erit, sicut & manifestabatur Moysi, & sicut cum Salomon petiit, vt locus sanctificareretur magno deo. Manifestabat hæc, & vt sapientiam habens, obruit sacrificium dedicationis & consummationis templi, sicut & Moyses orabat ad dominum, & descendit ignis de celo, & consumpsit holocaustum.

Quomodo, que de tabernaculo & arca dicta sunt, intelligi debeat. C A P . XXI.

Onſolatio hæc opportuna tunc extitit, magnū pro dei legitimū templo, quod erat Hierosolymis, superexaltans coronam spei, ne vel propter hoc, quod non habebat tabernaculum & arcam & altare incensi, videretur Aegyptio templo non posse præferri. Veruntamen, quoniam in descriptionibus Hieremias prophetæ (quas nunc habemus) dixerunt hæc inueniri. Si dignitatē vel maiestatē consideres spiritus sancti, qui loquebatur in prophetis, quorum de notissimis & præcipuis Hieremias unus extitit. Magna quidem in litera sonat gloria illius templi manuacti, sed multo maiorem in spiritu prophetæ præsentis homo quicunq; spiritu illis. Deniq; homo animalis ludus, cuius circumcision non in spiritu, sed in sola carne consistit, hoc putat Hieremias dixisse, quod Iudeorum, qui in omnes gentes captiui ducti sunt, congregatio debeat fieri, nescio tempore templumq; illud cum ciuitate restituiri, cum tali nube apparente, qualis erat vbi Moses legem accepit, & qualis vbi Salomon ædificatum rempli magna deo dedicauit. Nos autem post illud tempus, quo hæc scripta sunt, post victoriola prælia Machabæorum, nullam feimus populi dei congregationem, preter illam quam idem spiritus, qui loquebatur in prophetis, nobis in euangelista Iohanne deponit. Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Tunc vtricq; apparuit gloria dei gloria filij dei cum resurrectione mortuorū effulgens & extitit est nubes, sicut manifestabatur Moysi, vt legem accepit, & sicut fuit nubes, vbi Salomon templo domini ædificauit. Nubes, inquam, extitit est similiter, scilicet cæcitas Iudeorum, cuius in prodigium factæ sunt illæ nubes, vlcq; ad illud tempus, ignotum erit (aut Hieremias) vbi sit tabernaculum & arca & altare incensi, id est, non cognoscetur à populis vñ gentibus, quorum vel qualium exemplaria coelestium illa fuerunt.

Qualicunq; sensu Hieremias illa scripsit, Iudeos suo proposito adaptasse.

C A P V T . XXII.

Dicit aliquis, Putas ne ipsi qui scriperunt, vel etiam illi quibus scriperunt hunc prologū, ita tu nunc dicas, & sicut nunc ecclesia Christi intelligit, prophetia Hieremias dicta intellexerunt. Ad hæc, inquam, Putas ne Iudei, qui de regione Iudeæ scriperunt, aut Iudei per Aegyptum, quibus scriperunt prophetæ fuerunt, aut propheticum intellectum habuerunt. Si prophetæ

Si propheta fuerunt, aut intelligentiam prophetici spiritus haberuerint, nimurum ea quae sub ve
lamine legalis, aut prophetice literè latabant, intellexerunt. Quid voluerit construētio vel ri
tus tabernaculi, quid significauerit altare incensi, quid arca, quid propitiatorium, quid duo Che
rubim, quid profris vel quale fuerit illud, quod intendens dominus ad Molen. Inspice (ait) &
fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstrauit. Sed non erant prophetæ in diebus il
lis ferè, ex quo redicatur templum post captiuitatem Babyloniam. Et nouissimum duo
decim prophetarum Malachias, quem ipsum Esdras fuisse dicunt Hebrei, prophetauit. Hinc
1. Mach. 10.
in primo libro Machabæorum scriptum est. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non
fuit, ex die qua nō est propheta visus in Israel. Igitur quomodo cuncti intellexerint illud, quod
inueniri dixerint in descriptionibus Hieremias prophetæ, vel ipsum Hieremiam dixisse de po
puli congreagatione, de maiestatis domini apparitione, vel futura nube secundum similitudinem
nubis, que in monte Sinai manifestata est Moysi, vel quæ Salomonii in dedicatione templi. Nos
in præsenti scriptura scribentibus teneamus intentionem, quia facta haec vel dicta Hieremias
fratribus, qui erant per Aegyptum, habentibus templum non legitimū, scripserunt ad suos
comperentes consolationem, quod videlicet loci vel templi dignitas, non idcirco minor vi
deri deberet, quod eo tempore tabernaculum & arcam & altare incensi non haberent.

Eadem ratione, qua superiora, orationem Moysi, & ignem de caelo datum.

CAPVT XXIII.

Quod tandem sublungitur. Sicut & Moses orabat ad dominū, & descendit ignis de ce
lo, & consumpsit holocaustum. Dixit Moses, Eo quod non sit mundatum, quod erat pro
peccato, & consumptum est, ad idem respicit, scilicet ad testimonium sanctitatis vel sanctifica
tionis, quod templum illud iure sanctum habendum fuerit, in quo constabat peccata consumi
igne, qui diuinus datus est, sicut & quando Moses orabat. Nec enim minus miraculi fuit in
eo, quod de aqua super sacrificium asperga accensus est ignis, quam in eo quod Mo
se orante, a domino egreditus est ignis, & holocaustum consumpsit. Coelesti autoritate defensum
esse volunt, nihil minus sanctitatis, vel dignitatis illi templo, quam Moysi ascribendum fuisse ta
bernaculo. Quod aiunt, dicit Moses, Eo quod non sit mundatum, quod erat pro peccato, & con
sumptum est. Idem est ac si dicant. Sacrificium quod erat pro peccato, cur non comedebatur,
sed comburebatur, videlicet quia non erat mundatum, cum esset pro peccato, quia sicut im
mundum est peccatum, ita quod erat pro peccato sacrificium, nō pertinebat ad eum sicut ho
stia pacificorum, congruumque erat totum illud cremari, sicut opus habemus peccatum nostrum
sancti spiritus igne comburi. Et hoc dictum a Moysi non oiciose, secundum speditam intentio
nem suam, memorant, videlicet, ut cōst̄ templum factum esse in quo peccatum consumuntur,
teſte igne dato diuinus, & sacrificium pro peccato. Finis tandem nobis iam si hisufcmodi
tractatus in litera proemij, quod mihi explanandum impoluisti, quod si utiliter vtrunc; factum
est, tu quoq; gratiam benedictionis recipere debes ab omnibus, quibus hoc vtile viſum fuerit,
quia monitor atq; exactior fuisti.

Quād multi hostes verbi dei velociter sicut umbra transferint. CAP. XXIIII.

Intraea saluus atq; intemeratus permanebat thesaurus patris Abrahæ, thesaurus David fi
delis, scilicet verbum promissionis, quod sub furamoto deus verax super illos thesaurizavit.
Stabat enim locus & gens vnde oportebat illud adimpleri. Generatio preterbarat, & generatio
adueniebat, ipse autem cui veraciter dicitur, Tu autem idem ipse es, & anni tu non deficient,
in proposito suo permanebat. Anno illo, quo (vt iam dictum est) fratres qui erat Hierosolymis,
& in regione Iudeæ scripserunt fratribus, qui erant per Aegyptum. Anno, inquam, centesimo
octogesimo octavo, Iohannes cognomento Hircanus locum & gentem regebat, & ille annus
principatus eius vndeclimus erat, vbi runc erant, qui locum & gentem illam tantis odij perse
quentes exterminare voluerant, velociter sicut umbra transferant, alius post alium diuersis cla
dibus morientes, quorum interitus velocitatem si consideres, recte dicas, quia in generatione
vna nomen eorum delectum est. Vna quippe generatio Machabæorum vix exacta, fuerat prin
cipiatum agente suis principatus annum habete vndeclimus Hircano, cuius per patrem Si
monem, patruosq; Iudam atq; Ionatham, locum & gentem deus reservauerat, & tam multe re
ges aduersariorum successum decesserant infra annorum paulo plus quam quadraginta spaciū.
Deniq; post radicem peccatarum, scilicet Antiochum Epiphanem, qui sine manu cōtritus est,
filius eius Antiochus Eupator decessit, post Eupatorem patruelis eius Demetrius filius Seleucus,
post Demetrium Alexander filius Antiochi, post Alexandrum Demetrius filius Demetrij, deinceps
Tryphon tyrannus regni, qui Ionatha & Antiocho adolescenti filio Alexandri dolo inter
fectis diadema sibi impoluist, deinde Antiochus filius Demetrij, qui in templo Nanæ cecidit.
Septem fuerant, famq; nō erant, nimurum cito deleti in yna (vt iam dictum est) generatione Ma
chabæorum,

Psal. 102.

chabæorum, & benedicebatur deus, atq; laudabatur secundum Psalmistam dicentem. Inimici Psal. 36.
verò domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficiēt.

Liber X.

Fol. 61.

CAP. XXV.

Non poterat hic deus terribilis, qui tam citè abstulit spiritum principum, & auxilio tam
parvulo subleuauit gentem & locum, nō poterat hoc facere verbum dei, verbum deus,
vt gens sua, locus suus, regnis omnibus impararet: quomodo regnum Graecorum paulo ante
ab Alexandre Macedone dominabatur? Non poterat istud efficere, vt regnum mundi ca
put Hierosolymis haberetur, seu Machabæis vincentibus, seu anterius regnante David, quem
electione sua, secundū cor suum regem posuerat deus. Poterat plane, si involueret de huiusmodi
curare, plus quam exigebat propositum ipsius. At vero propositum eius nō erat, vt beatí viri
sua benedictionis hæredes in ista valle lachrymarum, in isto loco, qui politus est eis ad flendū
& elundū, & ad sanctę paupertatis studiū, iam subflirent in equis & curribus, & in genti
bus more regum gentium potestetem haberent, aut dominaretur. Sed quid erat in proposito
eius? nimurum sanctos eius & electos omnes in hoc mundo peregrinos esse vel exiles, & expe
ctare regnum eius, cuius rex vel imperator ipse deus & dominus est. Bene igitur secundū hoc
propositum suum contentus fuit deus, tantillum suis præbère auxilium, quatenus inter gentes
gens vñica, & locus vñicus conserueretur, donec ex ea de veritate, id est, verbum promissionis
adimpleretur. Ultra caeruleam hanc vel prouidentiam, gentem exelem, filios peregrinorū A
brahæ, Isaac, & Iacob, cur exaltaret, causam non habuit rex humilium deus, gentibus siue na
tionibus gentium, reges autem regum imperatores habebut, sati fuit illi genti loco illi pro
videre reges aut principes, vt fuit David, vt fuerunt isti Machabæi, qualium prelijs aut victo
rijs non quereretur, vt villa fieret pressura mundi, sed vt defendetur gentis vnde effet ventura
salu mundi. Regnum autem & imperium gentis illius super omnes gentes, quando vel quo
tempore consurgeret, prouidebat, sedens in throno ille apud Danielem antiquis dierum, qui
venturo de illa gente filio hominis iam porrigebat regnum & potestatem, vt omnes populi,
tribus, & linguae seruant illi in æternum.

Machabeos societatem cum Romanis inire non debuisse, & quare tam cito morte sub
lati fuerint.

CAP. XXVI.

Svobscurum quiddam fratribus victoriis in medio sue claritatis accidit, Iuda, Ionathæ,
atq; Simoni, quod videlicet vitoris clarificati, vltro miserat societatem & amicitiam sta
tuere cum Romanis potentibus & famosis, quamvis super hac re non culper eos scriptura, res
gestas continens ipsorum, nihilominus tamen animaduertere promptum est, non fuisse tutum
coram deo, ne clelege concessum Iudeis, vt experient amicitias gentium, veruntamen sicut
fuerunt in vita sua, ita & post mortem gloriolunt, quia siquid pulueris, aut puluere vanitatis
taliter admirerunt, omnino deletrum est, cito subsequente morte singulorum. Deniq; Iudas pri
mus miserat Romanum, constitutere cum illis amicitiam & societatem. Et interea Demetrius rex
1. Mach. 7.
post easum Nicanoris & exercitus eius, appulit Bachidem & Alchimum rursus mittere in Iu
dæam, & in illo prælio cecidit ille potens, qui saluum faciebat populum Israel. Deinde Jonathas
Romanos miserat, statuere & renouare cum illis amicitiam, & postmodum à Triphone dolis cir
cumuentus atq; occisus est. Similiter Simon miserat, cum illis renouare amicitiam, nec mul
tum post à genero suo Ptolomeo per infidias interfactus est. Tales euentus, singulorum fines
obscurare videntur, quod videlicet in eo sibi celeste diminuerint auxilium, dum querunt ab
hominibus seculi, quasi pacis & securitatis firmamentum. Porro, diligēs animus cauam alias
libentius arbitratur, scilicet quod idcirco taliter in breui decellerint, quia sicut de sanctis dicit
Apostolus. Quibus dignus non erat mundus. Ita & talibus ac tantis ducibus, vt diu permane
rent, tunc temporis dignus non erat illi populus, vt pote iam quasi senex atq; delirus penit
tus, præter paucos iustos, nimis refrigescens à diuina religione cultu. Inde post Hircaum, Si
monis filium, ducem habere meruit Hircani filium Aristobulum, matris & fratri intersectore,
deinde fratrem eiusdem Aristobulum Alexandrum & ipsum parviciadum, multæq; plebis Iudeo
rum homicidam, deinde filios eiusdem Alexandri Hircaum & Aristobulum, qui principatu
dira contentione lacerauerunt, multò post Herodem genere alienum, crudelitate præcipuum,
totiusq; homicidij domestici atque publici signiferum, mortificatellitem, sempiternæ perdi
tionis destinatum. Beata igitur fors illorum, qualemq; habuerint mortis euentum.

Nam corpora eorum in pace sepulta sunt, & viuent nomina eorum in
æternum.

Hebrei. II.

Ecli. 44.

DECIMI LIBRI FINIS.

RUPERTI

RUPERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER VNDICIMVS.

Verbum domini per Esaiam: Si non vtr putauit ita erit, quomodo sit intelligendum.
CAPVT I.

Ez. 14.

SCRIPTVM est enim in Esata: Iuravit dominus, dicens: Si non vtr putauit ita erit, & quomodo mente tractauit, sic eueniet, ac deinceps. Dominus enim exercitum decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta, & quis auertes eam? Quid (quæ) putauit, & quid mente tractauit dominus? quid decrevit, & ad quid manus eius est extenta? Nunquid hoc solidum putauit, & hoc solidum mite tractauit aut decrevit, vt contereret Assyrium illum carneum in terra sua, & in montibus suis conculcaret eum? Imò hoc consilium (inquit) quod cogitauit super omnem terram, & hæc est manus extensa super omnes gentes, quarum vtq; diabolus princeps erat, qui per Assyrium designatus est. Super illum draconem antiquum hoc putauit, & hoc mente tractauit de electis suis dominus, vt auferret ab eis fugum eius, & omnis illius ab humero eorum tolleretur, & vt omnia capita eius, septem capita eius, de quibus vel contra quæ presens opulatum contexi- tur, quorum sextum (quod fuit Romanum imperium) iam nunc agredimur, inuicem morde- rent, & ab inuicem consumerentur, tandemq; simul tota cum capitibus suis bestia nequam, ad comburendum igni traderetur.

Genes. I.

Genes. 41.

Iohann. I.

Tapinosis.

Prover. 8.

Apoca. 12.

Plat.

Quomodo deus aliquid putare propriè dicatur. CAP. II.
Quomodo illud antequam esset putauit dominus esse? Ita ne ve prophetæ solebant putare vel somnare: Exempli gratia, vt Joseph, qui ad fratres suos, audite (inquit) somnium meum quod vidi, purabam nos ligare manipulos in agro, & quasi confusore manipulū meū & stare, vestrosq; manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Profecto longè melius putauit dominus, multo, smò incomparabiliter differunt, putans homo, & putans deus, multū (inquam) differunt, & procul distant hominis somnium, & dei verbum, prophetica cuiusq; gra- tia, & ipsa summæ sapientie substantia. Homo purans vel somnians, interdum & perlepe ne- scit, quid imagines somniorum suorum significauerint, vt Pharaon, qui cum diceret, putabat me stare super ripam fluminis, & septē boues de amne confusores &c. Profecto nesciebat quid per illa significaretur, sed nec erat qui interpretaretur. Quomodo autem putauit dominus nimirum sicut dicit Euangelista. Quia quod factum est in ipso, vita erat. De omnibus antequā sterēta, ita certus erat quod fieri deberent, sicut certus est nunc postquam omnia facta sunt. Idecirco iu- rare potuit, dicens: Si non, vt putauit, ita erit. Quare ergo dixit, putauit, si certus fuit? Videlicet, quia nondi erant in re, licet certa essent in predestinatione. Idecirco putauit non imprópriè dixit, cum posset dicere, præciui, licet minus significet putare, quam præscire. Sed quid mirum in diuinis sermonibus aliquando minus dicit, & plus significari, qui modus locutionis apud grammaticos dicitur tapinosis, id est, humilitas dictionis, non assequente verbo quantitatim rei. Omnes modi vel tropi sive lechmata, omnes omnino ornata locutionis, de quibus quasi auto- res gloriari sunt seculares magistri, sparsim in diuinis inueniuntur scripturis, & prius erat, quām hi qui horum putantur adiuventiores, hisseint nati. Quid si qui hominum, vel prophetarum, vt fuit Daniel, in somnis putando aliquid mirabiliter, nonnunquam potuit delectari, sic propè in imaginibus tanquam in veris rebus, quantum putas delectabat deus, dum adhuc illo suo modo putaret, antequam quicquam faceret, antequam terra fieret, vel aliud omnium quæ fa- cta sunt? Idecirco ipsa sapientia dicit. Antequam quicquam faceret, antequā illa vel illa fierent, ego eram cum eo cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

Inter omnia quæ deus putauit, præcipuum fuisse filium, quem draco deuorare solebat,
ad se & thronum suum rapendum. CAP. III.

Inter omnia quæ cunctæ putauit, quæ cunctæ mente tractauit, vel decreuit deus, maximum atq; pulcherrimum fuit in predestinatione, & nunc est in re id quod habemus in manibus, quod scilicet sub Romano imperio impletum est, quod promiserat patribus, quod ad Abraham, & Iacob iurauerat deus, id est, quod de virginē narus & passus, resurrexit & in colum ascendit, & ad dexteram dei patris sedet Christus dei filius secundum sepedictam revelationem, vbi dra- co stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum (aī scriptura) qui recturus erit omnes gentes in virga ferrea, & raptus est fi- lius eius ad deum & ad thronum eius. O ludum sapientie deliciolum, præscire atq; prædestinare certum aliquem numerum angelorum, & hominum, & in libro vii nomina conscribere fin- golorum,

LIBER X.

FOL. 62.

gulorum. Putare, quod de multitudine creaturarum vel spirituum creandorum haberet emer- gere quispiam, qui conaretur cassare propositum tam bonum, vnde & merito draco magnus, serpens antiquus, diabolus, & satanas, & econtra mente tractare, qualiter illi foret illudendum per ipsum verbum, quod erat apud deum, cum quo habebat consilium suum antiquum, & su- per draconem illum decernere, quod nullus infirmare posset æterni iudicij decretum. Ibi iam eiusdem sapientia delicia cum filiis hominum, & cum angelis quidem, sed maximi cum filiis hominum, quia nusquam angelos, sed feme Abramæ, id est, humanam naturam apprehendere habebat, vt nunc factum est. Vnde & apostolica congaudent fides, dum dicit. Nusquam enim angelos apprehendit, sed feme Abramæ apprehendit. Inde nunc nobis in laudem vicitris Hebreo, exortatis dei, sermo coepitus peragendum est.

Inuocat sapientiam, interim adaperiens quid sit Noli regibus dare vinum, sed his qui amaro sunt corde. CAP. IV.

INNUOCATA adsit eadem sapientia, quoniam suscepitæ materiæ nunc infat pulcherrima pars. Inuocata adsit, & inter eos me computet, quibus vel qualibus vinum ad bibendum dan- dum esse iudicat. Noli (inquit) regibus o Lamuel, noli regibus dare vinum, quia nullum secre vinum, tum est, vbi regnat ebrietas, ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam si- liorum pauperis, da sacerdotiæ inercentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant, & ob- liuiscantur egestatis suæ, & doloris non recordantur amplius. Quale namq; est vinum, quod si detur ad bibendum regibus, facit eos obliuisci iudiciorum, & mutare causam filiorum paupe- ris. Si autem detur inercentibus, facit eos obliuisci egestatis suæ, & doloris non recordari am- plius. Profecto quomodo parabola est, mysticè iuxta parabolaram leges intelligenda est. Vi- num ergo istud, sermo sapientiae vel sermo scientiæ est, quod si detur regibus, id est, superbiis, apud quos vtq; regnat ebrietas, id est, quos scientia inflat, obliuiscuntur iudiciorum, & mutat causam filiorum pauperis, id est, male examinantur sensum scripturarum, dum per contentionem sua defendunt, & nulli cädere volunt, & ab alijs bene dicta, qui sunt filii pauperis, id est, humili- les secundum Christum, amatores veritatis, vanæ glorie deputant & præsumptioni. O ergo Lamuel, quod interpretatur, in quo deus. O Christe, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, noli talibus scientiæ tua dare vinum, sed de inercentibus, id est, humiliibus, & his, qui pro eo, quod paupertatis & peccatorum humilem conscientiam habent, amaro sunt animo. Cum enim talibus datur vinum hoc, testificat cor eorum, & quadam obliuione bona obliuiscuntur egestatis suæ, confortati ab Apostolo dicente. Quia quæ stulta sunt mundi ele- git deus, ut confundantur, sapientes, & ignorabili mundi, & contemptibilis elegit deus, & ea quæ nō sunt, ut ea quæ sunt destruerent. Et nobis ergo si dederis vinum, nos quoq; confortati totius egestatis nostræ oblii, nec ultra memoris doloris vel tristitia seculi, sapientes, fortes, & nobi- les reges terræ, & principes qui astiterunt aduersus dominum, & aduersum Christum eius, pu- tantes se infirmare posse decretum dei, posse auertere extentam manum domini, stultos infir- mosuist, atque ignobiles, declamabimus in laudem vicitris verbi dei, prosequentes currum triumphalem tanti victoris.

Sextum caput draconis, cui simile fuerit, dici non posse. CAP. V.

DE singulis capitibus draconis, qualiumve serarū similes habuerint facies, demon- strari potuit, cum sanctoræ scripture testimonijs. At vero de isto capite sexto valde ruso, qualis vel cui bestiæ similiis in eo facies fuerit, demonstrari non potest, quia scriptura nō dixit, vbi Daniel visionem quatuor bestiarum vidit, de futuris hoc tantum ait. Bestia terribilis acque Daniel, mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atq; comminuens, & reli- qua pedibus suis conculcans, dissimilis erat ceteris bestijs, quas videram antea. Dixit quod ce- teris bestijs, quas viderat antea, ista erat dissimilis, scilicet leonæ, vrfo, atq; pardo, & nō dixit si simile fuise alii bestiarum, quae præter illas multæ sunt. Terribilem eius fortitudinem terri- biliter expedit, dicens. Dentes ferreos habens magnos, per quos nimis intelligimus Ro- mana potentia consules, siue Imperatores bellicosos atq; fortissimos, & exercitus in prælijs se uera districione, disticta severitate ordinatos. Ut interim nunc taceam de gentibus ceteris. Gentem Iudeam bestia comedit atq; communuit, & reliqua pedibus suis conculcanit, quia locum destruxit, & gentem perculsi in ore gladiis, & eos qui reliqui fuerunt in captiuitatem vendidit, atq; dispersit. Non proinde Romanum imperium unum sive cognoscimus, ex capi- bus draconis rufi, quia iustum fecit, quamvis nesciens, vindictam sanguinis Christi, sed quia potestas eiudem imperij Christum occidit, & martyres Christi, proinde magnū caput extitit inter omnes impios, qui tunc viviebant, & erant vtique corpus vel membra diaboli.

Quod Hebrei putant de sexto capite dictum: Exterminauit eam aper de syria, &c.
ineptum esse. CAP. VI.

L ii Hebrei,

Hebrei, quod in Daniele tacitum est, in psalmo dictum putant. Exterminauit eam aper tudinem apri vel singularis ferus depastus est eam. Quarum illam terribilem bestiam simili detur, quod illi bestie terribili cornua asserbuntur. Habetur (inquit) cornua decem. Considerabam, & ecce cornu aliud parvum ortum est de medio eorum, &c. Hoc (inquam) repugnare videtur. Denique aper cornus non habet. Itaque bestiam illam existimare vel dicere fuisse aperum, sic arbitramur fuisse incongruum, sicut Delphinum syluis appingere, fluctibus aperum. Similiter hoc animaduertendum, quia regna Perlarum & Mædorum, quae in eadem visione significata sunt per vrsrum, & pardum, in alia visione, quae ostensa est de futuris regibus corundem regnum, qui videlicet reges per cornua significari debuerunt, per aliorum facies animalium demonstrata sunt, scilicet arietis & hirci, quibus cornua naturæ dono cōfata attribui, igitur quod scriptura tacuit de nomine quartæ bestie, nobis quoq; tacitum sit, ut quicquid seruosity in bestiis cogitauerimus, hoc Romanorum formidolosum imperium intelligamus.

Quomodo bestia quarta de mari ascenderit, & sextum caput draconis in ordine constituerit.

C A P . VII.

Bestia hec terribilis de mari quomodo venit: Quomodo de mari ascendeat quomodo ante mulierem, que erat paritura in illa septem capitum draconis cruenta serie caput istud constitue: Nimirum per magnas atq; innenarrabiles discordias, per bella ciuiilia, bella plus quam ciuiilia. Discordiae spiritus, quem haec bestia spirauit, mundum vexauit, gentes affixit, ciuitates & regna cædibus cruentavit, terras feræ omnes Europam & Africam atq; Asiam suo, gentiumque feræ sanguine compluit. Sunt historie, legant qui volunt tragedias generis humani, labores mundi, verè (vt ait Iohannes) in maligno positi. Qnod sati ab eiusmodi effectis claruit, & clarum est legendi atq; intelligenti. Nos ad illam infaniam partem summa tendimus, qua aduersus sepe dictam & sepe dicendā mulierem in utero habentes sele erexit, denescip suis ferreos preparauit caput istud, ut cum peperisset, deuoraret filium eius.

Herodem patre Idumæo, matre vero Arabica natum, à senatu Romano, regem Indie decrevit fuisse.

C A P . VIII.

Imperante Augusto Cæsare, centesima & octogesima quarta Olympiade, consulibus Gaio Demetrio, & Gajo Asiano, Herodes à Romano senatu gratia Cæsaris Augusti, & fauore Martij Antonij rex Iudeæ decernitur, non erat generе Iudeus, sed patre Idumæus, & matre Arabica progenitus. Nicolaus tamen Damascenus (vt meminit Iosephus) ait, patre huius Herodis Antipatrem, generе nobilissimum Iudeum fuisse, ex illis, qui ad Iudeam de Babylone reuteri sunt. Hec autem, inquit, id est, referat ad gratiam Herodis filii eius, quem regem Iudeorum contigit fieri, cum nō esset regis, sed nec Iudaici generis. Nam Antipater generе Idumæus extitit, quiq; multas possidens pecunias, torius Iudeæ potestarem, & tuitionem à Cæsare accepta, pit amicus Hircanoregi & sacerdotum principi. Sed cum tardum & segnem Hircanum vidisser, priorem filii suum Phælum, ducem in Hierosolymis, secundū vero Heroden Galilæe tutorē ordinavit, qui postmodum (vt iam dictum est) ad regnum peruenit. Prædixerat de illo quidam in concilio vir iustus nomine Samæus præfatus Herode, cum pro crimine fuisset vocatus, staretq; purpura circundatus armisq; stipatus. Vos (inquit) vellegem accuso, qui tantum ei licentiam deditis. Scitore quod is quem nunc propter Hircanum vultis absoluere, quandoque nos & ipsu regem torquebit. Nihil autem haec dicendō mentitus est. Nam Herodes cum regnum coepisset, omnes in concilio tunc inuentos cum ipso Hircano occidit.

Discordias inter senatu & populu Iudeicu, Herodi regnum peperisse. C A P . IX.

Discordia summa, discordia cruenta, tam Romani Senatus, quam Iudaicæ gentis regnum illi peperit. Denique cum Gaius Cæsar, & magnus Pompeius totius orbis viribus confligunt, & in Iudea fratres Hircanus & Aristobulus de principatu atrociter contendunt, Antipater potens, & (vt iam dictum est) multas pecunias possidens, dum in Iudea fauerit Hircano iustitionem quidem, sed legioni, & in Romana republica multis obsequijs, pluribus impensis, mercatur gratiam Cæsaris iam victoris, victumq; Pompeium vscq; in Aegyptum persequens, magnam fibriter Iudeæ potestatem promeruit, & apud viætricem Romanorum partem Herod filio viam ad regnum obsidendum magnis meritis aperuit. Scindunt quoq; quod per illam Hircani atq; Aristobuli discordiam, tēm plumbum in Hierosolymis levem, & iterum magna cum calamitate violatum fuit. Primo namq; Pompeius Aristobulum victum habens, ciuitatē aggressus, contra socios Aristobulū, & per seditionem in ciuitate receptus, templum irrupit commora atq; cadente maxima turre, per quam aperta parte templi hostes irruperunt, & omnia Iudeorum cæde completa sunt. Quidam enim occidebantur à Romanis, alijs vero semetipsos occidebant, & ita ceciderunt yigintiduo milia Iudeorum, Romanorū vero per pauci defuncti sunt.

Nec

Nec vero parua in templo commissa sunt, dum ea quæ priori tempore inuisibilia vel inaccessibilia erant, adiulset Pompeius, & cum eo non pauci vidissent, quæ non licet nisi sacerdotibus intueri. Deinde cum (veriam dictum est) Herodes regnum ceperisset, & Antigonus Aristobulus ciuitatem teneret, idem ciuitas passa est, & in templo multi perempti sunt, Herod annientibus Romanis. Et haec passio Hierosolymorum ciuitati conficit (ait Iosephus) Marco Agrippa & Callidio consulibus, centesima & octogesima quinta Olympiade, tertio mense, in celebratione ieiuniorum, tanquam reuera calamitate, quæ sub Pompeio Iudeis illata est. Nam extinc eodem die captivitas viginti & septem anni fuisse noscuntur, cum adhuc ob sideretur ciuitas ab Herode & Sofyo legato, persuasus Samæus supradictus populo, ut Herodem acciperet, dicens propter peccata eum non posse deuitari.

Neq; sceptrū, neq; ducē de Iudea auferendū, donec veniret Christus. C A P . X.

CVM igitur alienus Herodes per tantas, tamq; cruces, quas cōmemorare libuit, dilaciones, regnum ceperisset, tempus erat, vel promissionis suæ verbū verax deus adimpleret. Sic enim fuerat prædictum. Non auferetur sceptrū de Iudea, & dux de sacerdotibus eius, donec veniat, qui mitredus est. Qui mitredus erat, ipse est qui venit Christus, in quo semine tuo (aite deus ad Abraham) benedicent omnes gentes, sicut ibidem à Iacob subiunctum est. Et ipse erit expectatio gentium. Ecce autem veraciter ablatum erat sceptrum de Iudea, & de sacerdotibus eius, quando Herodes alienigena regno fuit intrusus, qui & occidit omnes, qui regi generis videbantur esse, & ipsum Hiricanum, cuius lenitate & mansuetudine fuerat prouectus. Ut igitur iustificaretur deus in sermonibus suis, tam illi semen, quod Abrahæ promissum fuerat, & cum suramēto reprobrium, quod itidem David suratum fuerat, venire oportebat, nec longius deferri, quoniam sceptrum de Iudea sic ablatum erat, & dux de sacerdotibus eius ita defecerat, ut contra legem Iudeorum, rex, imo tyranus, federe in regno, homo alienigena, prædo, aduenus, extraneus, homicida.

Preter Zachariam, Elizabet, Symeonem, & Annam prophetam, multos fuisse, qui aduentum Christi expectarunt. C A P . XI.

QValis putas tunc mens, habitus iustis animabus, erat? Quos aut illius temporis iustos esse dixerim, nisi illos, qui fidem & spem suæ expectationem habebant promissionis ad Abraham, promissionis ad David, iuramenti ad Abraham, iuramenti ad David, qui videlicet David fidelis, deum fortiter tenens, misericordia mei, dixit, ut iustificeris in sermonibus suis, & vincas cum iudicaris? Talium vnu vel notissimum de tempore illo Symeon nobis extitit, qui in hac die declamando & requirendo veritatem dei, veritatem promissionis, in qua deus maior homine, sponte hominibus iurauit, responsum accipere meruit, nō vñiū se mortem, nisi prius videret Christum domini. Nunquid illo tempore solus promissionis eiusdem Symeon expectator extitit? Erant vtq; & Zacharias & Helisabeth ambo iusti, erat & Anna prophetisa, erat & Ioseph & Maria. Dicam adhuc, Nunquid quia solos istos notos nobis euangelium fecit, nullus preter istos erat, qui expectaret fidem & victoriam dei, ut in sermonibus suis iustificaretur, & vinceret cum iudicaretur? Vtq; quamus Herodianæ malitia nubes horrida cælum obscuraret, non paucæ in cælo erant stellæ, lumen eiusdem claritate fulgentes, eiusdem fidei pulchritudine lucentes, & promissionis effectum suspirantes, clamabant animæ multæ, quatenus in sermonibus suis verax & fidelis deus apparet. Existimo, quod mulier illa in utero habens, ut sepe dictum est, nullo vñquam tempore magis partiendo clamauerit, nunquam magis ut pateretur cruciata fuerit. Noli autem viuentes in corpore fideles illius temporis homines los debere intelligi, corpus illius, quam dicimus mulieris in utero habentis, imo vñiuerfa die rum, vñfectorum ecclæsia, quando erit ab origine mundi progenita omnis multitudo animalium fidelium, tam in carne degenerium, quam deposito carnis onere, apud inferos beatam spem expectantium, huicmodi desiderij clamores emittebat, & hæc vñiueritas propter vnam can demq; expectationem, vñi mulier in utero habens exsibebat.

Neque demonstrando, neque narrando, Christum pro dignitate indicari posse.

C A P V T . XII.

QVid iam dicendum, nisi quia mulier illa peperit filium masculum? Hoc autem dicendo, quomodo cupit animus immorari, & esse in contemplatione quasi magna, imo verae magnæ festiuitatis, & triumphalis gaudij, pro eo, quod deus, qui promiserat hoc femen be nedictionis, verax apparuit, & quo se impenderet? Quam in partem sermo noster fæle appetit, in demonstrationem, aut in narrationem? Si in demonstrationem se verterit, si partum illum, si filium vel masculum illum demonstrare voluerit, hoc tale est hodie, ac si meridiano tempore, cœlo sereno, sole clarissimo, fulgente in ascensu sui summo, digitum quis intendat oculos

L iiij habent

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE V I C T. V E R B I D E I,

Esaia.ii. habenti & yidenti, dicatq; illi. Vide, ecce sol. Scriptum est enim. In sole tabernaculum suum. Si autem verat se in narrationem, verecum illi superflui, quoniam noui nihil dicturi sumus, quoniam non apud ignotos hac dicta vel scripta deponimus, non ad ignaros, vel cum ignorissta conserimus. Verat igitur se tota intentio sermonis ad iocunditatem, & aliquantulum cum iocunditate nitatur habere dignitatem, quatenus & ipse sermo plena fide, pleno fundatur ore, cum gratia humilitatis necessarie, ut quis illa legere dignabitur, delectetur, atque iocundetur propter laudem talis filii, propter honorem tanti masculi, & propter gloriam dei patris, & honorem spiritus sancti, de quo illa beata mulier concepit hunc & peperit. Ita sermonis iocunditas risum habeat illum, quem nomine suo Isaä significauit, beata senectus & emerita fidei filius, qui typus filii vel masculi huius exitus, quem decrepita mater, scilicet antiqua ecclesia pariens per veterum Maria virginis veraciter dicere potest, semperq; dicit, ac dicer. Risum miseri fecit deus, quia talis filius vere matris sue risus est aeternus. Dignitatem de prophetica sancti spiritus facultate mutuabitur, de prophetice gratiae plenitudine sumemus, vbi vates eximius Esaias loquitur contra superbia Assur.

Quod per Esaiam dictum est: Egredietur virga de radice Iesse, quomodo sit intelligendum.

C A P . X I I I .

Esaia.ii. **E**xcelli statuta succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subuentur condensafaltus ferro, & libanus cum excelsis cader. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiecat super eum spiritus domini, spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritu timoris domini. Ecce qualis oppositio. Perspice hinc condensa saltus, & libanum cum excelsis, inde virga cum flore suo. Quantum est virga vna florifera, comparatio salutum condensorum, & montis Libani cum excelsis suis, que robore magno vel alta sunt, ut pura ligna cedrorum. Attamen quantum valent condensa saltus, & libanus cum excelsis, comparatio virg. huius, & ascendentis, de illa floris. Siquidem condensa saltus ferro subuentur, & libanus cum excelsis cader. Hæc autem virga & flos eius totum suscepit, totum portat supernæ maiestatis pondus, & non cadit, & non subuentur. Dicamus manifestius, quamvis sub istam metaphoram quales translatæ sint res, non ignorat mundus, non raceat vniuersus, qui in mundo est, ecclesia chorus. Perspice hinc gentium, quas per condensas saltus intelligimus tyrannos, ac duces, imperatores, & consules. Inde Iudeæ gentis, quam per Libanum intelligi placet reges, & retrachas, atque summos sacerdotum principes, & inter istas altitudines sive magnitudines subortam humilem de domo David Mariam virginem, Christum parturientem, deum & hominem, & magnam virtutem verbi dei concipis admirationem, quod in hunc mundum ingrediens, non quæsuit de altis vel sublimibus parentem habere quempiam, solum se sibi sufficiere sciens absque opere humano contra illius Assur, id est, diabolii superbiam, ad obtinendum libi regnum, ad possidendum David patri sui solum, in deo dei patris aeternum imperium.

Tunc excelsa Libani cecidit, cum Herodes alienigena regnaret, templumq; subversum de novo edificaret

C A P . X I I I I .

Zacharia.ii. **V**t raseam de gentium saltu, cuius condensa ferro tunc temporis Romani imperij passim subuentebantur, & subuerla fuerant, ita vt totus iam sub illo imperio sileret mundus, quando flos iste de virga vel radice Iesse ascendit excelsa Libani, sive ipse Libanus. Quomodo ceciderunt circa huius floris ascensum. Sumnum libani verticem ipsum intelligi templum, quia scriptum est in Zacharia propheta. Aperi libane portas tuas, vt comedat ignis cedros tuos. Ipsas autem cedros vel excelsa libani principes gentis, quorū gloria caput erat templū ipsum, quo angustius in mundo nullum fuit. Quomodo libanus iste cum excelsis suis tunc cecidit, vel cadere coepit? Nemirum magni & irrecuperabilis casus eius initium illud dicere non dubitauerim, quod Herodes, que regnante, ceciderat magnum excellum regis dignitatis, ablatum quippe sceprum de Iuda, & dux de scemoribus eius. Herodes, inquam, homicida multiplex, et, in d. & parricida, tyrannus, non rex, templum vetus, quod reverstis de Babylonie filii transmigrationis ædificauerunt, & victores Machabæi purificauerunt, post sexcentos annos depositum, & aliud condidit. Vnde illi huiusce operis presumptio? Nunquid illud opus stare debuit, aut placere deo potuit? Si David fidelis de tribu Iuda rex inuentus & electus secundum cor dei, domum domino ædificare non debuit, dicente illi domino. Non ædificabis dominum nomini meo, eo quod sis vir bellator. & multum sanguinem fundens, quomodo iste non qualisunque sanguinis effusor, verum etiam filiorum atque vxorum occisor, & domesticorum sive amicorum furalis interemtor, dominum debuit ædificare dominus? Non igitur mirum, quod ab templo factum de rapinis arce spolijs regionum ad tam miserabile tamq; horribile peruenit excidium, quo post Christi passionem constat illud per Romanos irrecuperabiliter esse exterminatum. Hoc interim dictum sit, quod tunc Libanus cadere coepit, quando Herodes

templum

L I B E R XI.

Fol.

templum vetus depositum, & aliud condidit, maius quidem, & duplo maius quam fecerant filii transmigrationis, sed hoc fecit, gloriari querens suam, non dei.

Herodem, renouando templum, se Davidi & Salomonis impudenter comparari voluisse.

C A P V T . X V .

Bene, inquit, nostis, quod istud, maximo deo templum nostri patres ædificauerunt, cum de Babylonia remeassent, & quia desunt ei ad magnitudinem in altum cubiti hexagona, instar illius, quod Salomon confixaverat. Nemo negligenter pieratis patrum nostrorum aequalis. Non culpa illorum factum est breuissimum templum, sed Cyrus & Darius huiusmodi mensuram ædificationis fieri præcepterunt, nostri patres & parentum nostrorum dixit, quia videlicet Iudaici cum non esset generis se volebat haberi. Sublequutus, & hoc ait. Nunc autem quoniam natus dei principiū meo pax larga concessa est, & diuinitati possesso, & multitudine redictum, & quod maximū est, amicitia fauorū Romanorum, qui omnium terrū domini existit, cur non studemus reliqui necessitate seruitus tempore opus corrigerē, & integrum deo præbere pro beneficio eius meo regno collaris. Hæc dicens properauit, templumq; in uno anno & mensibus quinque peractum est. Nonne homo ille, in quo bestia sic loquens, & sic properanter faciens David fidelis, & pacifico Salomonis regibus legitimis, de tribu Iuda regibus sese conferre, aut etiam præferre contendit? At illi videlicet fidelis David nulli quicq; rapuit, nec de rapinis *i. Para. 17.* domini nomini domini ædificare instituit, sed ecce (inquit) ego in paupertatula mea preparauimus impensis domini aurum talenta centū millia, & argenti milli millia, æris vero & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine ligna & lapides preparauit ad vniuersem impendia. Hæc dicens, etiā dedit Salomon filio suo delcriptione templi, & cuiusq; operis. Et hæc, *i. Para. 18.* inquit, omnia veneri scripsa manu domini ad me, vt intelligerē vniuersa opera exemplaris. Quod illi dicentes, cū legitimus vel audimus, nunquid non enī quicq; cum esset propheta eiusmodi ostentatione vidisse arbitremur, vt diceret ei, quomodo dictū est, & Moysi de tabernaculo faciendo. Inspice, & fac secundū exēplar, quod tibi in mōte monstravi, Salomon quoq; aurū & argenti non ex rapinis, sed ex dei dono habuit. Nungā talibus ac tatis Herodes nebulo sese cōsiderre debuit,

Quod populus super illius hominis opere nequaquam letari, neq; tanto peccatori debet buffet adulari.

C A P V T . X V I .

Super illius hominis opere populus omnis lætitia effertur, tantoque peccatori non debuit adulari, sed imprudens, lætitia completus est, & primum quidem pro celeritate deo gratias agebat. Deinde de alacritate regis, quam in dedicatione habuit laudibus extollebat. Merito igitur risus eorum in flentum, & gaudium veri debuit in merorem. Veruntamen secundum quia licet Herodes maluerit parientes, & spectantes pro sua gloria magnos congeriles lapides, quos ad mirari poterant discipuli quoq; Christi, dicentes. Magister, aplice quales lapides & quales strukturæ, non tamē depositum vel muratum suerat altare. Quod si euenerit, multo amplius mirari possit homicida, in d. paricida tantum licuisse, vt religionis caput, id est, altare ipse poneret, cui Christus, vel in quo dei filius homo factus, deo patri protinus cum bestiis legalibus praesentari deberet. Hæc breuitas de templo dicta sunt, vt iam videat prudens laudator iudiciorum dei, quia præter causas alias, propter quas templum illud manere non debuit, ista quoq; causa nocere poruit, vt non quomodocunq; sed nimis male, in d. cum fragore, quem torus orbis audiuit, caderet, quod ille fabricauit hominum hostis, inimicus dei. Nunc ad

Mar. 13.

Quare deus Herodem in regiam & sacerdotalem stirpem ita seuire permisit, vt ne quidem filii parceret.

C A P V T . X V I I .

Et Libanus, inquit, cū excelsis cader. Iam diximus, quia grande illius Libani excellum cederat, in eo videlicet q; sceptri de Iuda, & dux de scemoribus eius defecerat. Funesq; Herodes regiam stirpē ferro extirpabat, & extirpare non cessabat. Unde cunq; regis quippiam subintellecerat, quacunq; ex domo vel etiam sua, in d. maximē sua, ex domo vel genitura regia quæplam estimationis offecerat, quandā deniq; coniugem regis stirpis habuerat, præter complures alias, Mariannē pontificis Hircani filia, de qua & filios Alexandrū atq; Aristobulū suscepserat, omnino vnde cunq; lieve deinceps regale quippiam sperare posse perfenserat, seuebat immansis beluis, simulq; pontifices, & suos filios regales trucidabat, videlicet ne leipsum nimis cupide regnatum illa posset inquietare persona per villam eiusmodi suspitionē. Iam dudu quippe regia cū fæderiali familiā permixta fuerat, & idcirco in virtanq; pariter ferebatur trulentus homicida nulli sexui parcens, non ab uxoribus propriis, non à filiis occasione suborta ferrū differens, quoniam quidē eius filii materno sanguine regiam contingebant progeniem. Vnde ergo vinceres deus promissor fidelis, yndē iustificareris adimplendo quod promisisti, &

L. iiiij. iurasti

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Esaia ii. *furasti David, cuius spiritus clamare non desinebat in auribus tuis. Miserere mei, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris! Nimirum sciebas, & disponueras iustificari & vincere ex loco humili, unde impurus Herodes, immo diabolus, cui seruebat Herodes, nihil posset sulplicari, quod valeret procedere ad celsitudinem throni. Hoc est quod continebat per prophetam subiunxit. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascenderet, & requiesceret super eum spiritus domini, spiritus sapientiae, & cetera.*

Virgam, virginem Mariam, Christum vero florem esse, & cur de radice Iesse, non de radice David dicitum sit.

C A P V T . XVIII.

Vicunque Christiana vel catholica fides, ipsa suis auribus audiuit, & ipsa videt suis interioribus oculis, quod virga ista, virga gracilis & pulchra, virga humili & simpliciter, est beata virgo Maria. Et flos qui de virga ista ascedit, fructus vestris eius, est Christus dei filius, & virginis filius est, in quo qui promisit deus fidelis & verax in iustus est, qui iurauit deus iustus, & deus sanctus comprobatus est. Querendum vero hic est, cur plauerit spiritui sancto dicere. Egredietur virga de radice Iesse, magis quam dicere de radice David sive Abraham, quibus promisit, quibus deus iurauit. Ad hanc, inquit, si dixisset de radice David, viceret quidem pronuntiaret veritatem promissionis, sed ipsa dictio minus continetur sacramenti. Nec autem plus habet mysterii, quia cum praeconio veritatis tendenter in semen David simul nos mittit in secretum paternae domus eius in rationem temporis vel diei, quo missus est propheta Samuel ad vngendum regem, quem proposito Saul prouiderat sibi dominus in filio Iesse, qui & Iisai. Quomodo enim dictum, quomodo factum est? Vitulum, inquit dominus, de armento tolles in manu tua, & dices, ad immolandum deo veni. Timebar enim Samuel. Audierat, inquit Saul, & interficeret me. Et impletum cornu oleo iuxta preceptum domini, & iuste, ad immolandum, ait, dominus veni. Sanctificamini & venite mecum vi immolem. Sanctificauit ergo Iisai, & filios eius, & vocavit eos ad sacrificium. Cumque ingressi essent, vidit Helias, & ait, Num coram domino est Christus eius? Et dixit dominus ad Samuelem. Ne respicias vultum eius, nec altitudinem statuta eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico, homo enim videt ea quae parent, dominus autem inquietur cor. Vocauit Iisai Amnabab, & adduxit Semiram, similiterque & alias filios suos, qui fuerint septem numero, & non elegit dominus ex ipsis. Ait Samuel ad Iisai. Numquid completus est numerus filiorum? Adhuc, inquit Iisai, parvulus reliquus est, & pascit oves. Iubente ergo Samuele, misit & adduxit eum. Qui cum venisset rufus & pulcher asperitus, decorat facie. Surge, ait dominus, & vngue eum, ipse est enim.

Quid sacramenti fuerit in rebus gestis radice Iesse, hoc est David, quod ad Christum pertineret.

C A P V T . XIX.

Esaia i. *Q*uid nam sacramenti latet in illis rebus gestis, nisi quod audiuimus & subintelleximus in his verbis propheteticis. Excelsi statuta succidentur, & sublimes humiliabuntur, & subiurant condensata falso ferro, & Ibanus cum excelsis cadet. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiesceret super eum spiritus domini. Denique cum iste sic sensus. Superbi & diuites relinquuntur, & de puella humili sive paupercula promissio veritatis impletur, simul per hoc dictum quod est de radice Iesse, etsi experimentum mentibus nostris adducitur, quod accidit Iesse, reprobaris maioriibus filiis eius, & astumpto humili vel parvulo David, qui erat minimus. Id ergo est, ac si dicat. Quid miramini, quia dixi, excelsi statuta succidentur, & sublimes humiliabitur, & humilitas exaltabitur? Similiter factum est in diebus Iesse. Vultus eius erat Helias, & alter erat statuta eius, sed abieci illi ait dominus. Itemque ad reliquos magnos filios eius secundum illorum similitudinem multi erunt, quando propheta haec impletur, excelsi statuta & sublimes in gloria, tam de regali, quam de sacerdotali profapia, potentes viribus, & valentes armatos producere exercitus. Sed non de illis elegit dominus, nec ad implementum promissionis sua verbum opus habebat sublimitate hominum, altitudine aulicorum in curribus, & in equis exultantium, qui in multiplici fauore hominum, in multituogo plausu popularium, & non in domino confidit, & tunc minimus filiorum Iesse, parvulus David complacuit, & postmodum humili ancilla domini prae cunctis hominibus emissa in spiritu humiliatis atque cito placuisse, ut ex ipsa compleatur promissio nascente Christo, ac si de virga gracili stabilis ascenderet flos. Praterea sicut illuc praetenta immolationis festivitas, & adductus de armento vitulus occurrentibus Samuels senioribus ciuitatis, & admirantibus aduentu eius, causam subtexit, ne audiret Saul. Ita & hic despoliat virginis sive consueta nuptiarum solennitas, & Ioseph maritus puellae nominatus, diabolus fecellit, & cunctos fatellit eius, ut erant Herodes & complices eius, ut nescirent sacramentum, cuius sciendi nondum erat tempus.

Laudabile dei consilium esse, quod in humilitate diabolum atque Herodem fecellit, & artem luserit.

C A P V T . XX.

Apud

LIBER. XI.

Fol. 45.

A pud Maronem locatur quispiam gloriosus, & dicit. Nil refert armis contingat palma, & cetera. Multum quippe refert, multo melius & valde utilius est, deum vel dei verbum sic vivisse, vel ad procedendum procedere, vt in toto praefato congressu ars artem falleret. quam si de nobilibus artis potentibus, carne assumpta, materialibus armis eorum contra homines impios dimicaret, quomodo invisibilis, & nondum homo factus, per Machabaeos aliosque fortis atque fidèles viros dimicavit, & armis pauciorum sepe multa milia peremuit. Hoc itidem facere poterat, ut incarnatus de aliqua sive Hircanit tunc temporis pontificis, sive aliquis ceterorum filia, bellicosa sibi ob defensionem veritatis adhiberet instrumenta meliora prouentum, & vel Machabaeus vel ipse David vnguia pugnauerat. Ut (verbi gratia) persequeretur unus mille, & duo fugarent decem milia. Multo melius, inquam, est, qd ars artē fecellit, qd si res acta fuisset armis eius modi. Non, inquit, in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus exercituum. Hoc erat verbum domini ad Zorobabel apud Zachariam prophetam. Vbi septem oculos super lapidem unum, & septem lucernas super unum candelabrum vidit, quae non erant aliud, quam septem spiritus domini requiescentes super hunc florem unum.

Quam utile nobis fuerit, Christum è paupere virginem matre nasci.

C A P V T . XXI.

Nulla potest verbis lingua consequi, immo nec cuiuscumque cogitatu comprehendere mens hominis, quanta nobis commoda prouenerunt ex eo, quod humilitas diuinitatis, humilitas verbi dei, non diuinitus, sed pauperem virginem matrem sibi elegit, quod ancillam sua respexit, tanto apud se coram diuitiis vel superbis humilem, quanto constat excellit Libani cedrus minorem esse virginem quamlibet, de radice vetusta egressum. Si enim parientes Christus diuites elegisset, quis hodie pauperibus in ecclesia Christi locus esset? Nunc autem & portentes deus non abicit, cum & ipse sit potens, & sepsum in hoc mundo pauperes eligit, cognoscendo illos in benedictionibus suis, id est, praeclera illis dona tribuendo spiritus sui, qualia nimis diuitis habentibus consolationem suam rarius concedit. Vide te (inquit apostolus) vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobilis, sed quae stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes, & inservia mundi elegit deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ergo pauperibus & infirmis sapientis ecclesia vocationis sua dona largitur deus abundantius. Et ista consideratio pulcherrimam nobis efficit considerationem patris optimi, qui noui & verum habet testimonium, quod spiritu omnium iustorum plenus fuerit. Qui minus indigeret, inquit, agat deo gratias, & non murmur. Qui vero plus indigeret, tributar ei, & humiliter pro insuffitate, non excolatur pro misericordia. Nimirum cum hac dicit, haec sentimus esse imitationem dei, qui spiritualia sua dare abundantius confuevit plus indigentibus, scilicet pauperibus, infirmis, ignobilibus, ut secundum multitudinem dolorum in corde ipsorum, consolationibus levissimis lexicentur animae ipsorum.

Laudat incarnationem verbi, ex psalmo Davide, Eruat autem cor meum verbum bonum.

C A P V T . XXII.

Qua voce, quibus, vel quantis laudibus, floris huius de virginis eiusmodi ascendentis pulchritudinem praedicabimus, unde verba sumemus? Nos penè muti, penè infantes ad tanta dignitatem rei, ubi pulchritudo cum fortitudine, fortitudo cum pulchritudine floret ac viget, cuius ipse spiritus sanctus laudator est. Quid eloquemur ita, ut secundum nostræ mentis intentionem ipsum audire delectetur. Sumamus aliquid non de nostro quod nusquam est, sed de plenitudine ipsius, qui omnes sanctos adimpleret, de thesauro boni cordis, thesauro iucunditatis & exultationis, quem super prophetam huius verbi sui, super prophetam patriarcham, & regem thesaurizauit, dicentes in persona ipsius dei patris. Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribere velociter scribentis, statim ipse propheta ex sua persona succinit. Speciosus forma praefatis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingeri gladio tuo super secum tuu parentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intendi prosperè procedere & regna, & cetera. Putet anima paupercula, nunc ad fontem sermonis venisse, unde haurire possit, quod loquar ad gratiam floris huius speciosi & pulchri, pro bona intentione. Magis delectandi qd docendi intentione, ô tu qui cuncti hæc legis vel audis, me existimat immortalis, quia dulce est, pulchrum & pium etiam nota replicare atque frequentare de forma speciosi, de specie & pulchritudine formosi atque potissimum, gladio suo super secum suu accincti, prosperè procedentis & regnantis, quæ in veritate, in manu etudine & iustitia mirabiliter dextera sua deducit, cadentibus sub ipso populis in corde suo, quia crucifixi sunt sagittis suis acutis, sagittis dictorum eius salutiferis, ut doleant quod olim fuerunt inimici regis, eumque adorent cadentes, cadant in facies suas eum adorantes.

Quomodo

Iob 37.
1. Corin. 3.
1. Corin. 3.

Deute. 32.
Zacha. 4.

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI,

Quomodo verbum Dauidis intelligendum sit, Lingua mea calamus scribe.

C A P V T XXIII.

Esaie II.

Lingua
dei.

Psal. 44.
Esaie II.

Pariter assumptis ytriusq; testimonij, & illo Esaiano, & isto Dauidico, primum contemplari libet hoc dictum dei patris. Lingua mea calamus scribe, velociter scribentis. Lingua dei patris spiritus sanctus promptus est intelligi, quia sicut lingua carnis administrat verba hominis, ita spiritus sanctus anima credulae suggestus verba dei. Vnde & quando super apostolos Christi descendit, quos nimurum eatus homines sine literis & idiotas & deinceps peritos & eloquentes facere veniebat, in linguis igneis apparuit. Confessum cur ita apparere voluerit, lequens effectus indicavit. Facti sunt nanc; charitate & zelo bono fortes ac serui dei, quod significauerat ignis. Facti sunt eloquentes varijs linguis, & scripturarunt periti, quod linguorum deleratio prælignauit. Cum igitur dicit in isto quidem, Lingua mea calamus scribis, velociter scribentis. Per illum autem, Et requiescit super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replevit eum spiritus timoris domini. Manifestum est de Christo, quod vere deus sit, & quod veraciter habitet in ipso plenitudo diuinitatis corporaliter, quamvis in hoc tempore, cum fides Christiana sit firma, & haec assertio non indiget, cum fide necessaria, delectabile & utilis est etiam competentem habere scientiam. Natura humana de virginis carnis subtilitate sic est astumpta, velut membranula munda & bene accurrata, scriptoriis operi accommodata, & ipsa lingua patris, id est, spiritus sanctus, velociter percucrit, velociter tanquam calamus scribis tota præscriptis, totam verbi substantiam replevit, nihilque residui fuit, sed totum quod erat in corde patris, illi anima inscriptis, totamque sapientiam, totumque intellectum, totumque consilium, totumque fortitudinem dei, totam scientiam, totumque pietatem dei, & totum timorem domini, ut nihil esset, quod non sciret, nihil quod non posset, nihil in deo patre quod non haberet humana pueri huius natura, vnde & deus est.

Quomodo intelligendum, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi.

C A P V T XXIII.

Verbum bonum
eructauit
quid sit.

Tapinos.

Hoc intelligimus esse, quod ait ipsa persona patris, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Res magna, dictum autem non valde magnum rei comparatione. Quid enim hoc dictum, eructauit? quid magnificum est? Inter nos, dicto, eructat quisque nostrum, dum satur est, sed elurio quicquam ructu alterius saturatus non est. Dicit alius quis opus suum, sed qui audit, non statim consequitur auditu operis effectum, ut faciat similiter, quicquid ab illo factum est. At ille qui haec loquitur, Eructauit cor meum verbum bonum, qui ait, dico ego opera mea regi, bonum illud verbum, ipsam boni verbis substantiam tota plenitudo edidit in veterum virginis, & regi, id est, homini, quem formabat de vetero eiusdem virginis, opera sua sic indidit, ut sit & ipse opifex sive artifex non dissimilis, magna haec & mira prædicantur per haec duo verba exigua, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego. Solent grammatici vocare tropos, quem dicunt tapinos, qui modus locutionis humilitas est magna rei, velut si mare intendem dicat gurgitem. Si vafum montem dicat cumulum vel collum. Equidem non ausim in maiestate tantæ rei declinare nomen istas, veruntamen nusquam reperiit existimo loquitionem, in qua voces rebus quo significantur tanto impares sint, ut sunt in loquitione præsenti. Ut quid igitur taliter dictum est, immo quomodo diceretur aliter, qd dictum est, vbi enim verba inueniuntur ad rem sufficiencia, quæ intelligitur? Sit quidem in verbis defectus, sed eundem defectum ipsam vocem minoritatem si recte perpendis, studiosa mens ediscat. In quo in eo videlicet ut animaduertatur opus quidem grande, sed deo non difficile. Quis enim homo plenus edulio fatigatur eructando? Sit nimurum deus pater bono plenus verbo non laborauit, humanae naturæ illud inferendo.

Quare deus incarnari, & non potius per angelum genus humanum salvare voluerit.

C A P V T XXV.

Questio.

Dilectio.

Esaie II.

Hoc opus bonum fecit deus, summe potens, summe bonus, hoc est, quod patribus promisit, quod iurauit ad Abraham, iurauit ad Dauid. Tanquam summe bonus, sponte promisit, sponte iurauit, tanquam summe potes adimplevit. Denique sicut summe bonitatis est, qd hoc facere voluit, ita summae potentis est, qd hoc facere potuit. Diligenter animaduertendit, solent enim non nulli dicere. Ut quid deus, dei verbum, venit per semetipsum, & homo factus est, ad saluandū genus humanum, cum hoc idem fieri potuisse per alium? Cur non potius misit aliquem legatum, cur non misit angelum sive archangelum? Ad haec, inq; videlicet quia nulli alii, nulli nisi soli naturæ diuinitatis hoc fuit unquam possibile, assumere quod non erat, & manere quod erat. Et vnde illi hoc possibile, videlicet quia natura vel substantia diuinitatis tanto subtilior est anima rationalis, ut eam penetrare possit. Fideliter hoc inter cetera patres catholicos sumpererunt & scripserunt pro ar-

LIBER XI.

Fol. 86.

pro argumento veritatis contra haereticos, quod spiritus sanctus æquus ut pater & filius deus sit, quoniam & ipse humanae animæ est capabilis, & capax eiusdem anima rationalis. Nil enim deus esset, nec humano, nec angelico spiritui capabilis esset. Proinde notandum, quod quamvis dicatur quis plenus dæmonio, non sic implet hominem ille spiritus, ut penetret animam eius, sed cauernas corporis irreperit potius, que ebrietas sive febris animaque deprehensam in suis sedibus exagitat atq; affigit. Solus deus vius, deus pater, & filius, & spiritus sanctus, cum vult, & prout vult rationali animæ vel spiritui sibi infundit, & in eo manlionem facit. Frufra igitur dicit, vel querit quis, cur non legatum vel angelum miserit, sed per semetipsum, ad saluandum genus humanum venerit deus, verbum dei, quia videlicet naturam induere humanam non potuit, nisi sola natura dei. vnde sicut bonum, quia volunt, ita omnipotentem prædicamus, quia potuit.

Christum, salua matris virginitate, natum esse.

C A P . XXVI.

Quid de latu matris virginitate dicimus ad laudem ipsius? Contra naturam, Iudeus, inquit, virgo parere non potuit. Nos autem credimus, propter quod & loquimur, quia ea item filiu supra natura virgo parere potuit. Non dicimus contra naturam, quae non est naturæ iniuria, sed dicimus supra naturam, quia natura est gloria. Quæ ratio est dicere, quod non potuerit quicquid supra naturam, qui fecit naturam? Per verbum omnia facta sunt. si omnia, prolecto & natura secundis. Ergo ne fortior est natura, qd is (per quæ facta est natura) nimis si recte sapit homo rationalis, ut dicat, qd qui omnia fecit, & ipsam naturam, consequenter omnia vincit, & ipsam naturam. Quod si Iudeo vel Manichæo magnitudo miraculii ad incredulitatē prouehit, qd rogo magis mirū, id quod assumptus vel formatus est homo de terra animata & sensibili, an qd homo plasmatus est de terra inanimata & insensibili. Denique terra animata, & sensibilis Mariam dixerim, quoniam de terra & ipsa & nos sumus facti. Porro terra de qua primus homo plasmatus est, in animata sine dubio fuit, & insensibili. Non ergo plasmatio primi Adæ, plasmationē secundi mirabilior fuit. Siquidē materia viues, & sensibilis. I. sc̄. omnia, quis virgo vicinior est huic operi, qd fuit illa materia, nec viues, nec sensibilis. Iḡ illa qdē plasmatio mirabilior, sed ista venerabilior.

Quid sit, speciosus forma p̄ filiis hominum, & gladius super fœmur accinctus.

C A P V T XXVII.

Iohann. 14.

Hebr. 4.

Psal. 18.

Ecce speciosus forma, ecce potentissimus gladius suo super fœmur accinctus. Agnoscendus est, cuius vitoria prædicamus, cuius triumphale curru laudando subsequi oportamus, olim verbum, nunc & caro, olim deus, nunc & homo, speciosus, inquit, forma. Quid est forma? Diuinitas. Diuinitas namque forma est, forma namque formatum, forma carens materia. Diuina substantia, sicut ante nos dictum est, sine materia forma est, atq; idem vnu est id quod est, reliqua non sunt id quod sunt. Vnumquod enim habet esse suum, ex his ex quibus est, ut cum homo terrenus confiteretur ex anima & corpore, corpus & anima est, non vel corpus vel anima in partem, igitur non est id quod est. Quod vero non est ex hoc atq; hoc, sed tantum est hoc, illud vero est id quod est, & est pulcherrimum fortissimum, qd, quia nullo nictur. Igitur speciosus forma, id est, speciosus secundum diuinitatem. Itane eius speciositas, qua speciosus est p̄ filiis hominum, qui vtricq; diu natura non sunt, soli amatores eius vident, soli videbunt regem in decoro suo, videbunt oculi eius, qui diligunt eum. Et ego, inquit, manifestabo ei meipsum. Quid porrō est gladius, quo accinctus est iste speciosus, iste potentissimus: nimirū vnum idemque verbi deus, verbum deus, forma est speciosus, gladius est potentissimi, nam viuis est sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Igitur ut iam dictum est, ecce speciosus, ecce potentissimus, speciosus ut flos, potentissimus ut gigas, cuius à summō celo egreditus, & occursus eius vñq; ad summū eius. Talis in hunc mundū ingreditur visibilis factus, visibiliter pugnaturus, qui prius inuisibilis, inuisibiliter prælaboratur, pugnaturus noua bellū specie, scilicet non exercitu, necq; in robore, sed in spiritu suo dæmonia potest ejicare. Hunc florem speciosum, hunc regem potentissimum alibi sancta scriptura prædictat, agnū habentem, inquit, cornua septem, & oculos septem, scilicet septem spiritus, qui super florem requiescent, sed de agno, qui & vincens leo, postmodum suo loco erit dicendum.

Sicut septiformis spiritus super florem requieuerit, ita septemplici laude psalmus hic regem Christum canit.

C A P . XXVIII.

Nunc delectat breuiter intueri, utrum sicut spiritus isti oī super florem requiescat, ita secundum singulos eorū propriū quid in psalmo, sive in canticō prælibato dicatur, ad regem speciosum, regem potentissimum. Dico ergo opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Dicta haec est secundum spiritū sapientiae & intellectus non indiget assertio nostra, qd manifeste vbi filio regi pater deus sua dicit opera, ibi sapientia, & ibi lingua eius opera ut scribere calamus, ibi intellectus. Diffusa est gratia in labiis tuis, propiterea benedixit te deus in eternū. Accingere gladio tuo super fœmur tuū potestissime, &c. vñq;. Et deducet te mirabiliter dextera tua. Hęc intelligimus decantaturi secundū spiritū consilij & fortitudinis. Consilij nanc; fuit, quod videns

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI

videns deus non posse nos ex nostris operibus iustificari, & omnes sub peccato esse conclusos, disfudit gratia id est, peccatorum remissionem gratuitam in labiis huius speciosi, & propterea hunc benedixit in eternum, fecitque nasci sanctum, & ab omni peccato mundum, ut efficaciter in labiis eius ista gratia diffundere, diceretque peccatrici, quae erat vna & vniuersa ecclesia. Dimissa sunt ei peccata multa, non quia operata est multum, sed quia dilexit multum. Accingi gladio super locum, prosperè procedere & regnare, & sua dextera deduci mirabiliter, sine dubio fortitudinis opus sive effectus est. Sagittæ tuæ acutæ, quid est, nisi tibi in doctrina sive predicatione semper scripturarum paratus sunt sententiae, quibus confixa corda illorum, qui fuerant inimici credunt, & acquiescent veritati, & cadunt adorando te, facti amici. Ergo pertinet hec ad spiritum scientiae, non dubium est. Vnxit te deus, deus tuus oleo letitiae praे confortibus tuis. Oleum istud profectò spiritus pietatis est. Oleos gracie, misericordia latine. Nihilominus & concupiscentia rex decorum tuum, ad eundem spectat pietatis spiritum. Nam regis huius concupiscentia non aliud est, nisi pieras. Hoc est oleum, quo vincitur est speciosus iste rex, ut in multitudine misericordie benedictus adueniret, concupiscentiam habens animarum perditarum, per blandimenta misericordiae conuocare illas ad suum salutis æternæ triclinium. Spiritus timoris, dominii in eo, non est, vt timeat, sed vt timetur, & vt circa ipsum religiosa fanætæ, fanæta & timorata sit religiositas. Huc pertinet illud. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Adducuntur regi virgines, afferentur in letitia & exultatione, adducuntur in templu regis, & populi confitebuntur tibi in eternum, & in seculum seculi.

Quare non dictum sit manebit, sed requiescat super eum spiritus domini.

C A P V T . X X I X .

VNUM est adhuc eiusdem capituli verbum, in quo tenemus, ne iam processum regis prosequamur, ne iam partum beatæ mulieris qualiter deuorare voluerit draco ille narramus. Quod est illud verbum? Et requiesceret (ait) super eum spiritus domini. Non dixit, & manebit, sed requiesceret dicere maluit. nec dubium est, quin aliquid plus significaret quam si dixisset, manebit. Attendamus, quia sermo propheticus est. Cui (inquit Petrus apostolus) benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oratur in cordibus vestris. Ecce locus quidam occurrit caliginosus quidem, sed ista lucernæ huius, id est, prophetici sermonis flammula, clarum illum nobis facit, & tanquam lucifer diem intelligentiae adducit. In deserto loquente domino ad Moysem, vt sacerdotio fungeretur Aaron. Choræ, Dathan, & Abiron, aliquæ proceres synagogæ, steterunt aduersus Moysem & Aaron, stetit omnis globus eorum contra dominum. Vnde & proper exercitabili superbia malum, non consueta hominum morte interierunt, sed nouam rem fecit dominus, vt aperiens terra os suum deglutiaret eos, descendenterque viuentes in infernum, quia blasphemarunt dominum. Præterea, ignis egressus à domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Deinde lóquere (ait dominus) ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus tribù virgas duodecim, & vñficiuicq; nomen superscribes virgæ suæ. Nomen autem Aaron erit in tribu Leui, quem ex his elegero, germinabit virga eius, & cohibeo à me querimonias filiorum Israël, & cetera. Factum illud in lege, quod germinauit virga Aaron, & turgentibus gemmis eruperunt flores, & cum soli fructus, atq; ita cessavit superbia de sacerdotio confluentum. Illud inquam, factum in lege, conseru cum ista vaticinio propheœ, quia dum inuehit contra superbiam Assur, excelsi (inquit) statuta succendentur, & sublimes humiliabuntur, & subuentur condensa salutis ferro, & Libanus cù excelsi caderet, & subaudire licet, sicut fucis vel humiliari sunt, sicut subuersi sunt, & cederunt Choræ, Dathan, Abiron, & complices eorum, statimq; subiungit. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus domini. Nimis et, hic subaudire decet, si autem flos de virga Aaron, & sicut requieuit, id est, ab ira sua cessavit, & placatus est spiritus domini, quem exacerbauerant murmuratores & superbi.

Præter Christum neminem fuisse super quem requiesceret spiritus domini dici posset.

C A P V T . X X X .

Igit secundum illam similitudinem intelligendum est quod ait. Et requiesceret super eum spiritus domini. Nam ibi quidem aliquanta fuit similitudo. Hic autem res est multo amplior. Ibi virga insensibilis flores & folia supra naturæ vñlum producens, atq; nuces, id est, querelas paucorum rebellium cessare fecit. Hic virga sensibilis virga, id est, virgo sive vterus virginalis, florrem, scilicet iam dictum speciosum regem pariens, superbiam diaboli percussit, superbiam culpam de toto genere humano correxit, & iram dei, quæ proinde superuererat, auertit, placatumq; deum nobis reddidit. Itaque super hunc florem requiesceret, ait, spiritus domini, id est, proper Christum mitigabis omnem iram tuam domine, & auertes ab ira indignationis tuae. Numquam enim te inquietabat flos iste mitis quippe est & humilis corde. Et Moyse quidem mitis erat

L I B E R . X I I .

Fol. 67.

erat super omnes homines qui morabantur in terra, sed non ut hic, non ita semper, nō ita impensibiliter. Vexatus enim & exacerbatus distinxit in labiis suis, distinxit, & dominū non glorificauit. Ad quas contradictiones loquendo, non sicut mitis, & aliter quam voluisset audire ipsi ritus domini, quia locutus est verba incredulitatis. Propterea dominus ad Moysem & Aaron, Nume. 29, non introduceret, ait, populos istos in terram, pro qua iurauit patribus eorum. Iste nunquam distinxit in labiis suis, inde cum male tractaretur, non aperuit os suum, & sicut ouis, sicut agnus coram tendente se obmutuit. Dignus ergo qui populum introduceret in veram repromissionis terram. *Esaia 51.*

Sicut Virga Aaron, ita & Virga Iesse, superbi certaminis finem fecit.

C A P V T . X X I .

MVLUM est quod de scripturis admota clarissat lucerna verbi huius propheticæ. Et res quietescer super eum spiritus domini, sed in eiusmodi diuini immorari, præsentis non est propositi. Verumtamen ut proposita similitudo decentius explicetur, hoc solum adhuc dicere libet, quia sicut contigit superbis illis contra quos in deserto (vt iam dictum est) virga floruit, ut nouis & insolita perditione perirent, ita contigit excellens & sublimisibus illis, quorum temporibus egressa est virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascedit, ut distimili casu caderet, & interitu suo dissimiles carceris hominibus, quicunq; bello interierunt, existent. Testatur hoc Iosephus, qui miserabile illorum describens excidit, dicit de illis. Singillatim quidem iniquitates eorum narrare non potero. Ut autem breuiter dicam, neq; aliam ciuitatem in quam via perpeccit esse puto, neq; villam nationem post hominum memoriam malitiae ferociorē fuisse. Et alibi. Deniq; omnium post condita secula res aduersa, si cum Iudeorū calamitatibus convertantur, speratum tri non ambigo. & horum author nullus exterius est. Erant quippe isti maxime de parte Assur, id est, diaboli, contra cuius altitudinem virga ista ascendit, cum suo flos, id est, virgo humiliis cum filio suo miti & humili.

V N D E C I M I L I B R I F I N I S .

R V PERTI ABBATIS TVTIENSIS DE
VICTORIA VERBI DEI,
LIBER D V O D E C I M U S .

Beatum Virginem Mariam mulieris in utero habetis, parturientis, & ut pariat clamantis, non minimam partem fuisse.

C A P . I .

DICTVM iam, & adhuc dicendum est, quia draco sterit ante mulierem quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoret. Hic iam nomen mulieris duplice sensu habet. Anteq; esset beata virgo Maria. Ante (inquam) & longè prius erat mulier, quam in sacramento sentimus, id est, ecclesia, & utriq; prægnans mulier mente grauida genere secundum lexum Iacobæ Maria mulier extitit, quamvis virgo, dicente Apofolo. Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege. Mulier haec fuit hoc humani generis individuum, mulier illius pars est, quam dicitus ecclesiam, id est, credentium collectionem vniuersam. Vbi ergo mulier ista, id est, virgo Maria peperit, totam ecclesiam peperisse quis nescit? Propterea dicitus vniuersus, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.

Draconem etiam Mariæ filium deuorare voluisse.

C A P . II .

Quid porro fuisse deuorari filium eius? Nimis ita mori, vel occidi, ut periret nomen eius. At illud sextum caput draconis, illa bestia terribilis, non sicut dentibus magnis, dentibus suis ferreis, ea quæ circa corpus sunt bonorum sive malorum comedere sive comminuere atque cœculare potuit. Ita etiam in cauâ ista, suum agitatori diabolo satisfacere prævaluit Herodes, cuius præcedenti libello mentio facta est, qualiter quæsierit puerum ad perpendum eum quis nescit, & quis non audiuit? Planè impius ille Romani satelles imperii, nec impietatis crimen vacuu est Augustus ipse, qui ad suggestionem eiusdem Herodis tam proximus extitit, vt concederet illi quoquo pacto regem perdere quem natum audierat, tanquam regna hominum rex ille tollere haberet, quod ita nō erat. Crudelitati stultæ, crudeli eius stultitiae

M mulier

Galat. 4.

Ecclesiæ.

Esaia 5.

R V PERTI ABBAT. T VITIEN. DE VICT. VERBI DEI

mulier sepe dicta de incolumitate filii sui secura, sicut dudum exprobavit, & exprobare non cessat. Non (inquietus) diripit mortalita, qui regna dat ecclie. Crudelitas Herodis Romana potestate facti regis tam cito in Romanum imperium redundauit. Nec enim tot pueros impune occidere potuisse, nisi Romanæ potentie licetiam, vel consensum Augusti Cælaris habuisse. Sicut cum voluit inde permisum accepit proprios trucidandi, ita præcento metu ne fieret sibi metu vel Augusto de mutatione regni, sicut imperi, concessionem ad eum est tot pueros occidendi, quicquid in Bethleem, & in omnibus finibus eius per duos annos fuerant nati. Futurum quidem erat, ut per manus Romanorum rex iste occideretur, sed nondum erat illius rei tempus, nec sic faciendum erat, ut deuoraretur filius masculus, id est, non ita mori habebar, ut periret nomen eius.

Quare diabolus Christum Herodi prodere non potuerit.

CAP. III.

Sic Herodes egit, & sic peragere voluit, ut versus vel præcipuum diabolifilius, de qualibus ait filius vel masculus iste. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Quae vel qualis desideria? queritur (air) me interficere. Hoc est desiderium patris vestri. Propter hoc desiderium ille homicida erat ab initio, quia videlicet veritatem, id est, meipsum odiebat ab initio, quod odium nunc in me, factum mortalem hominem, desiderans completere homicidio. Hoc erat desiderium illius, quod Herodes volebat tam cito facere desiderium patris sui, desiderium diaboli. Dicit aliquis. Si patet eius diabolus hoc iam dudum desideraverat, cur non statim puerum prodebat? Cur eum à Magis illudi permittebat? Nunquid nesciebat? Nunquid spiritus ille non contextus carne percipere non poterat, natum esse hunc regem, nisi venissent homines de longe, & fecisset Herod, omnium Hierosolyma turbationem sive metum, dicendo. Vbi est qui natus est rex Iudeorum? Ad hæc (inquam) plane sciebat, sed non sinebat eum loqui puer ipse qui natus erat. Hoc alitante facile potest probari. Exiebant (inquit Euangelista) daemona à multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpatis, non sinebat ea loqui, quia sciebat ipsum esse Christum. Et recte non sinebat ea loqui, quia profecto pro malo loquebantur, scilicet, ut inuidiam facerent illi. Iguit & cunctum illum illum esse, diabolus sciebat, & filium suum Herodem hoc scire desiderabat, sed natus infans eum loqui non sinebat. Nam nisi prohiberetur eodem modo quo alibi dicit. Scio, quis sit sanctus dei, scilicet, per energum inum, dicere potuisse illi dolenti, quod esset illius à Magis, scio vbi sit sanctus dei, siue scio vbi sit rex ille quem queris.

Christum à diabolo, non ut cognoscatur, sed ut corrumperetur tentatum fuise.

CAPVT VII.

Sed dicit aliquis. Si illum sciebat diabolus, ad quid instabat experimentum querens, & dicens. Si filius dei es, dicit ut lapides isti panes siant? Quemcumque res iste mouet, leire debet, quia fecit ut tentator vel ut corruptor. Nam ille est qui semper hac intentione tentat ut corrumpat, plane non queratur ut cognoscatur, quia in cognitione, sed ut corrumperet cognitionem. Quid autem est corrumpere, nisi similem vel conformem facere? Horrendum quidem auditu hoc est, sed adhuc in deterioru processio, dicendo ad ultimum. Hec omnia tibi dabo, si cades adoraueris me. An non dicit & Apostolus, de illo qui aduersatur, & extollitur supra omnem quod dicitur deus, aut quod colitur. Non expauscat pius ac fidelis animus perpendere, quantus sit praesumptor diabolus, quia videlicet cognoscendus est ex hominibus, qui iudicantur deus est ab hominibus. An nescitis (inquit idem Apostolus) quia & angelos iudicabimus. Cum igitur dicit ille, ut pote tentator, id est, corruptor. Si filius dei es, dicit ut lapides isti panes siant. Perpende, quia sibi conformare, sibi similem facere deum intendebat ille satan. Quomodo per hoc sibi conformem faceret dicentes, ut lapides isti panes sierent videlicet quia & qui menda citer dicit de ipso quod non est, & qui iactanter & provana gloria monstrat de seipso, quod non est, similes sibi sunt, testante ipso domino qui reverens septuaginta duobus, & cum gaudio dicentibus. Domine etiam daemona subiectiunt nobis in nomine tuo, et utique versus erat, statim tam fortiter & suauiter terrigit eos, dicens. Videbam satanam sicut fulgor de celo cadentem, quo videlicet dicto breuiter innuit, quod multi ex ipsis secundum satanam similitudinem propter vanitatem casuri vel retro abiuriri essent. Multi enim discipulorū eius (ait Iohannes) abierunt retro, & iam eum illo non ambulant. Porro, diabolus mendaciter de semetipso, & in celo dixit, & in terra nunc usque contendit dicere, quod non est, scilicet et ipsi sit deus. Dominus autem filius dei erat, & est, sed ut hoc illi miraculis demontaret, nulla esset causa, nisi iactantia seu vana gloria. Nunquid enim illi diabolus adoraret, ut saluus fieret, si apud illos se filius dei esse taliter comprobareret? gitur miranda diaboli presumptio, qui non contentus dixisse olim, ero similis altissimo, similem sibi altissimum natus est facere tentando. De hoc quod in determini prosciens præcipitiū suscit, & deinde sibi quoq; illum substertere tentando, suadendo, ut se adoraret, miretur qui potest & animaduertat, quia vere magnum diaboli iudicium est.

QHA

L I B E R XII.

FOL. 48.

Qua de causa Christus non solum demonijs, verum etiam Apostolis, ne se proderent, prohibuerit.

CAPVT V.

Nunc ad id redeo quod cooperam, scilicet quia increpans daemona non sinebat ea loqui, quod sciebant, videlicet ipsum esse Christum. Nunquid vero tantummodo daemona super hac re prohibebat vel increpabant, & loqui non sinebant? Intra & amicos homines super ea daem re prohibebat. Exempli gratia. Cum interrogasset discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis, itemque, vos autem quem me esse dicitis? Et ad haec respondens Simon Petrus dixisset ei. Tu es Christus filius dei vivi. Illum quidem beatificauit, dicens. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non revelauit tibi, sed pater meus, qui est in celis, & car. Sed tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus. Quare videlicet quia futurum erat, ut postquam regium hoc nomen de ipso publice prædicaretur, nulla mora interfereret, inimicii Iudei gaudentibus, ut propte grande ratione armatis, fortior occasione sufficiunt, quod essent amici Cælaris, interficiendo illum, qui se dicendo regem Christum, contradiceret Cælaris, quem si non interficierent, non essent amici Cælaris. At ipse solebat locum dare vel occasionem facere homicidiis illis, priusquam omnia condidisset instrumenta benedictionis, quæ peruenire debebant ad nos gentes, iuxta verbū promissionis ad Abraham. Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Et idecirco mortis, vel ministris mortis præcipiebat, ut expectarent. Exempli gratia, ut tetrarchæ Herodi. Accesserunt ad eum die quadam phariseorum quidam, dicens. Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ita, dicit vespilli illi. Ecce ejusdaem, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consumor. Quod erat dicere. Hoc anno & sequenti regnum dei prædicto, & anno tertio per passionem mortis summa gloria, summo honore coronabor. Neque enim in potestate vulpis est, quando deuoret leonem, non in potestate fraudulentij hominum est, quando interimat vita & mortis dominatorem. Igitur tanquam sapiens amici seorsum indicabat, inimiciis autem usque ad tempus abscondebat, quod ipse esset Christus, tanquam sapiens, in & ipsa sapientia quæ dicit. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles, ne forte insultet tibi cum audierit, & exprobare non celeret. Ita, mala aurea in lectis argenteis, qui loquitor verbum in tempore suo.

Quare Iudei, an ipse Christus esset, quæserint. & quare ipse ante passionem semper obsecrare responderet.

CAPVT VI.

Si totam perguras euangelij seriem, nusquam repeteris, quod se in publico Christum nominauerit, nusquam inuenis, quod ante statutum passionis suæ tempus, regem se esse dixerit, aut dici permiserit. Veruntamen quia veritati testimonium perhibere debebat. Nam ad hoc natus erat, & ad hoc in mundum venerat, ita de hoc nomine tecerat, quod est Christus sive vincit. Ut multo maius de semetipso testificaretur, quia concipere potuerunt de nomine illo aduersarij eius. Exempli gratia. Aliquando circundederunt eum Iudei, & dicebant ei. Quo usque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam? Non dixit. Ecce palam dico vobis, Christus ego sum, videlicet, ne malis illorum intentioni concurreter, ut ipse qui maliciose interrogabant, ut aut Christum se esse negaret, quod fieri non poterat. Nam ille, inquit Apostolus. Fidelis permanet, negare leipsum non potest. aut si proliferetur se Christum esse, profecto tunc optratum contra illum haberent magnæ accusationis capitulum, quod se regem dixerit aduersus Romanum imperium. Nam si Christum, utique & regem se esse fateretur. Quid contra hoc egit ipsa sapientia? Nimirum & illorū caulationem prudenter illusit, & plus quam interrogatus esset de semetipso fideliter prædicauit. Coepit pastor loqui de oibus suis, que videlicet nomina Romanæ legiones non multum timerent, aut curarent in armis suis, Loquor (inquit) vobis, & non creditis, quia non estis de oibus meis. Oues meæ vocem meam audiuit. Ecce quanta in verbis humilitas, de quibus Romana tunc temporis altitudo non nisi ridebat, sed vide in tanta humilitate verborū, quanta sit maiestas rerum. Et ego cognosco eas (inquit) & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Quam profecto dare non est nisi dei. Sic incipiens & nomen quod maliciose quereretur, subegens, sic tandem est elocutus, Ego & pater vnum Iohann. sumus, hoc nimirum plus est, quam illud, unde apud Romanos accusari potuisse, si manifesto nomine Christum se esse respondisset.

Christum, ubi tempus affuit, non solum non prohibuisse, verum etiam se regem præcari doliuſe.

CAPVT VII.

Vbi tempus affuit, quod poposcerat opus, vel ordo noſtre salutis, tunc præeunte tuba magna miraculi, videlicet resuscitatione Lazarus mortui iam quadrivani, iamque sortientis, non Iohann. men istud admisit, nomen regium cum laudibus publice suscepit, videlicet occurritibus turbis M. ij cum

RUPER. ABBATIS TUTTIEN. DE VICTORIA VERBI DEI.

Marc. n. *Ecum ramis palmarum, quae sunt insignia victoris, clamantibus ac dicentibus. Osanna benedictus qui venit rex in nomine domini, benedictum quod venit regnum patris nostri David, olanna in excelsis. Sit secundum Lucam. Pax in celo & gloria in excelsis. Quo nimurum dicto pueri consonabant angelis, qui qua nocte natum illum secreta reuelatione pastoribus annuncierunt, dicentes. Quia natus est vobis saluator, qui est Christus dominus in civitate David, repente laudauerunt deum, & dixerunt. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Hoc eatenac publice laudi deerat, quod Christus vel regem se in publico non praedicabat, aut praedicari permittebat, sed pueri suppleuerunt, pueri laudem perfecerunt, equidem iniussi, sed diuinus inspirati, rationabiliter permisit, opportune admisi. Vnde cum indignarentur principes sacerdotum, & scribae, dicentes ad eum. Audi quid isti dicunt. Ipse valde subtiliter respondit, dicens. Utique nunquam legitis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Idem enim est, ac si diceret. Vos mihi haec enim importuni fuistis, et si ego sum Christus, palam dicetis vobis, ego vero pro tempore & re de laude mea nomen istud distulit. Ecce nunc isti, qui vestrarum scientiarum comparacione infantes sunt, lactantes sunt, regium mihi nomen acclamando laudem perfecerunt, prophetiam impleuerunt. Quia quod propter vos amicos meos ego tacebam, ipsi praedicaverunt. Dicentibus autem quibusdam ex illis. Magister, in crepa discipulos tuos. Dico vobis (at) quia si hi tacuerint, lapidis clamabunt, subauditur, quod ego sum rex, quod ego sum Christus, dum pro eo quod dicitis. Nolumus hunc regnare super nos, non remanebit lapis super lapidem, qui non destruaratur.*

Luce 19. *Christum asello insidentem, regnorum huius mundi contemptum praese tulisse.*

C A P V T VII.

Et quidem illi, audito à turbis acclamantibus regis nomine, ipso non prohibente, gaudent sibi occasionem, quam optauerant oblatam esse, ut Romanæ potestari posset istud sediciose vocibus impingere. Hunc inuenimus subuentorem gentem nostram, & prohibitem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Et si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, omnis qui se regem facit, contradicet Cæsari. At ille sapiens & prouidus, verè quidem rex, sed non sicut Cæsares, accusations illorum in ipsa turbarum acclamatione valde infirmabat, Cæsaris & cunctis regibus seculi satisfaciebat, quod nullius eorum regnum cuperet, vel ambiret, nulloq; omnino seculi honores, quales erant Romanorum fastus, magnipenderet, nec armis ferrea, vel signa bellica vnquam attrectare impenderet. Sedebat enim non super pharaturam & spumantem equum, sed super exiguum ignobilisq; asellum. Circa illum non gladij, non secures, sed rami palmarum, & oliuarum frondes. Ramum olive constabat gentilibus quoque signum pacis esse. Quid ergo turbis suis in pueris spiritus Christi regis agebat, nisi regem, quia de inuisione regni vel imperii Romani mendaciter accusatum, vel accusandum, factis melius quam verbis excusare properabat.

Christi regnum non de hoc mundo esse, satis probatum esse, copiosus tamen probari potuisse.

C A P V T IX.

Exculuit se verbis quoc; rex mitis & humilis corde, dum etiam Pilato, ubi ventilabatur acculario de regio nomine, quasi criminis magno. Regnum meum (at) non est de hoc mundo. Si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vicep; decertarent, ut non traduceret Iudeus. Nunc autem regnum meum non est hinc. Poterat eidem gratiae labijs dicere. Si de hoc mundo fuisse regnum meum, non aetius, super quem sedi nudus fuerit, sed equus mihi vel curvus fuisse adhibitus, & qui me regem acclamauerunt, non ramos oliuarum, sed militarii prætulissent apparatum armorum. Et si minus illi sufficerent, rogalim patrem meum, & exhibuissent mihi modo plus q; duodecim legiones angelorum. Poterat quidem & illud dicere. Quando pauli de quinq; panibus quinq; milia hominu, & illi propter hoc rapere me, & super se regem facere voluerunt, non fugiisse eos, nisi quia verum est, quod regnum meum non est de hoc mundo. Hæc (inquam) & cætera huiusmodi multa innocentia sua argumenta, qui nihil Cæsari volebas nocere. Pilato respondens demonstravit poterat, nisi quod ille auditum non habebat, & ipse per sapientem quandam fuerat prælocutus. Ne effundas sermonem, ubi non est auditus. Nobis hec scienda referauit, & nostrum est inclamare aduersariis eius, etiam defunctis, quia non diripi mortalita, qui regna dat coelestia, & quia volentes eos falli, sua malitia fecellit, & mentita est iniquitas libi, dicendo. Inuenimus cum probherentem tributa dari Cæsari. Non enim talem regem se fecit, neque ira contradixit Cæsari. Imo, reddite (inquit) quae sunt Cæsaris, Cæsari, & quae sunt dei deo.

Diabolum insidiando vita Christi deceptum, dei consilium non impediuisse, sed promisso.

C A P V T X.

Quid

L I B E R XII.

Fol. 60.

Quid multa mori illum oportebat, & draco scepditus in hoc stabat, in hoc inhabitat, ut ille moreretur, quod putabant esse deuorationem eius. Putabat (inquam) quod per mortem possit eū deuorare, id est, consilium vel propositum dei aduertitare, ut scilicet nō fieret quod predictum fuerat. Et ipse erit expectatio gentium, & in ipso benedicentur omnes gentes, quod iamdu dū timens, dicente illo Iudeo. Quæritis me, & non inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire. Loqueratur per os illorum ad semetipos, dicentis. Quo hic iturus est, quæ non inueniemus eū? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Verum cœnit Psalmista, Draco iste quem formasti ad illudendū ei. Et ipse dominus ad beatū Ioh. lob 40. dicit, Nunquid illudes ei quasi aui? Item, Ecce spes eius frustrabit eū. Verē illusus est, & frustrata est eū spes eius, quia nequaquam moriendo Christus deuorādus erat, aut deuoratus est, immo per mortem eius effectum est, nec nisi per mortem illam fieri oportebat, ut iret in dispersionem gentium, & doceret gentes. Consideremus sacramenta, per quæ in ipso secundum promissiones benedicende erant, & benedicentur omnes gentes, & in draconem ipsum ad laudem dei, qui eum ad illudendum formauit, mirari poterimus magnitudinem illusionis, quia dum ad uerari cupit, famulatur proposito dei, dum deuorare se patat talem beatæ mulieris filium, valde proscium consilio eius præstat obsequium.

Per mortem Christi, sacramenta baptismatis, eucharistia, & spiritus sancti dona, nos consecratos esse.

C A P V T XI.

Sacramenta.

Vx ergo & quod sunt præcipua nostra salutis sacramenta? Sacru baptismus, sancta corporis eius & sanguinis eucharistia, geminus spiritus sancti datum, videlicet alterius remissionem peccatorum, alterum in diuinarum sue multiplicium diuisiones gratiarum. Hæc tria sacramenta salutis nostræ necessaria sunt instrumenta at vero hæc, non nisi per mortem & resurrectionem eius condenda erant, vel condita sunt. Primo, de baptismi sacramento credimus, & scimus, quia de morte eius manauit, cum putaretur esse deuoratus, id est, cum iam esset mortuus. Ad Iesum enim, inquit Euangelista, cum venissent, ut viderent eum iam mortuum, nō fregerunt eius crura, sed vnum militi lancea latu eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Sanguine illo redempti, aqua illa lumen abluti, tam Iudei q; gentes. Et primo Iudei, deinde gentes, immo primo mortui, deinde viui. Mortui namq; quicunque fuerant fideles ab origine mundi, quicq; apud inferos expectabant beatam spem, primi huius salutis fructum perceperunt, & qui velut carechumini nondum colesti communicauerunt altari, id est, visioni diuinitatis, nondum solito pariete inimicitorum. Eramus enim, aiunt, & nos aliquando natura filii iræ, sicut & ceteri, & quasi pannus menstruatus omnes iustitiae nostræ. Tunc illo lumine abluti, & emundati intrauerunt in sanctuarium dei, in regnum dei, quod rotum sanctum est. Et quia tunc prætoritorum omnium seculorum tota simul ecclesia baptizata est, postea est sacramentum hoc, quasi ad eiusdem ecclesiæ fores, ut quicunque vult ecclesiæ deinceps incorporari, baptrizetur in sua persona, quia simul & vniuersaliter in morte Christi baptizata est ecclesia. Sumpta nanc aqua, & dinto verbo crucis cu inuocatione spiritus sancti, præsens adest sacramentum morris Christi. Vnde Apollonius. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptrizati sumus, &c. Diuina sanctæ Romanæ ecclesiæ contra consuetudinem Græcorum decretatio fuit, volenti debere in die Epiphianæ solenne baptrismi celebrare sacramentum, pro eo quod illa die constat ipsum dominum à Iohanne aquis Iordanicis suis baptizari. Romana ecclesia, magnus Leo scribens econtra, demonstrat rationabiliter, Iohannis baptisma non ad eandem pertinuisse virutem, quod non erat in remissionem peccatorum, sed in poenitentiam. Baptismus Christi à morte ipsius asumptus initus, (vbi sicut iam dictum est) latus eius patet factus est lancea, & exiuit sanguis & aqua, & proinde hoc sacramentum in morte & resurrectione eius esse celebrandum.

In quem usum sacramentum eucharistie nobis relatum sit. C A P. XII.

Ephe. 2.

Elaia. 6.

Roma. 2.

De sacramento corporis & sanguinis domini certum est, nec assertione nostra indiget, quin passionis vel mortis eius propria quidem & singularis commemoratio sit, & quod à passione vel morte eius initium sumperit, vespere debuerit. Conditum autem est hoc sacramentum quantum potuit morti victimis, scilicet cum iam esset ad mortem venditus, & qua nocte tradebatur. Nobis qui vivimus, & qui residui sumus, referuimus est, & missum est sacramentum istud, in quo sub specie panis & vini latet ueritas mortis & resurrectionis eius. Nam illis, qui mortui fuerant, fidelibus mire modo in illa specie, qua pependit in cruce, factus, vel datus est cibus. Ita ut anima eius ad animas illorum in infernum, & corpus eius ad corpora illorum descenderet, essetq; tribus diebus & tribus noctibus in corde terre, in eodem ventre terræ quo recepta vel assumpta fuerant corpora illorum. De tanto hoc mysterio nunc diutius tractare non est propositum, verum tam ne omnino relictum sit intactum, dicere quippe libet de causa, propter quam nobis sit necessarium. Causa hæc erat, quia primi homines deo inerdi, diabolo nimis male creduli fuerunt. Quia cum non viderent nisi pomum, quantumlibet Gene. 3.

M. iii. Iuue,